BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
13 M
26

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

12
1..
D
7

C.
72
e
25

72
e
39

12. 3. 25

ALBERTINI BOTTONNI NOBILIS PATAVINI, PHILOSOPHI AC

Medici Praxin in Academia Patauina interpretantis.

DE VITA CONSERVANDA.



PATAVII, Apud Iacobum Bozzã.
M: D. L X X X I I.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.

AD ILLVSTRISSIMOS ET SA
pientiſſimos Viros, Vincentium Mauro-
cenū, Paulū Theupulū, Diui Már. Pro
curatores Digniſſimos, Ioannem
Correrū, Aloyſiū Georgiū, &
Frāciſcū Lōgū, Reip. Ven.
Senatores Ampliſſimos,
ſummos litterarum
Patronos.

ACcipite Viri Illuſtriſſimi, pro ſumma Veſtra erga omnes humanitate, Meos hos fructus, felicibus Auſpiciis ueſtris partos, & patrocinio in lucem editos; ut Veſtra Auctoritate Maiorem fauorem, & gratiam apud ſtudioſos oēs ſibi concilient: Accipite inquam, pro innata Veſtrum omninm benignitate, Has Meas Lucubrationes, et uigilias, Immortali Nomini Veſtro Dicatas; Eodemq́; afflatu, quo ſoletis aliis, Mihi pariter aſpirate, Vt Veſtro Præſidio ſemper & ubiq́;

tutus conquieſcam. Suſcipite tandem ex porrecta fronte, Libellum De VITÆ conſeruanda, Meæ Totiusq́; Bottonnæ familiæ Erga Vos omnes obſeruantiæ locupletisſimum teſtimonium; In hocq; perexiguo munere magnam animi propenſionē agnoſcite: Valete, Diuq; Viuite Incolumes, & Florentes.

AD ECCELLENTISS. ALBERTINVM BOTTONNVM NATIO GERMANORVM MEDICORVM QVAE EST PATAVII.

INclyte, quid tantum, quo te Veneramur, amorē
  Albertine poteſt conciliare tibi?
An, quia te multa clarum Virtute Videmus
  Naſcitur ex meritis gratia tanta tuis.
Quippe amor officium ſequitur, conſpectaq; Virtus
  Pertrahit in laudes pectora noſtra tuas.
Pellere difficiles quo ſit medicamine morbos
  Cum doceas tuus eſt publicus iſte labor.
Sed ne fortè tuæ deſint priuata Iuuentæ,
  Publica dum ſtudii clauſa theatra ſilent:
Te iuuat in medicis, pulchro certamine, rebus
  Priuata iuuenes inſtituiſſe domo.

Hic de propoſito mos eſt diſcurrere caſu,
Quæ modò dicendi munia tute ſubis.
Et modò noſtra ſedens placida dum percipis aure
Corrigis eloquio qualiacunq; tuo.
Magna quidẽ ſunt hæc, ſed (Vt ẽ tua grata Voluntas)
Non ſatis ingenio res facit iſta tuo:
Ni quòq; commonſtres, Vt quæ certisſima longè
Eſſe doces, Viſu lumina noſtra probent.
Nos igitur comites infirma ad corpora tecum
Accipis, Vt medicum conſpiciamus opus.
Quilibet hìc morbus (modò ſit tractabilis arte)
Cogitur auxiliis terga dediſſe tuis.
Hic iterum cupida iuuenum præſente corona
Sumis ab exemplo Verba diſerta dato.
Et, ne quis Videat, quòd non intelligat ipſe,
Tu benè ſollicità ſedulitate caues.
Scilicet & mores, & ſæui ſemina morbi
Prodis, & hæc qua ſint arte leuanda mones.
Pro quibus haud, meritas dicentia carmina laudes
Poſſumus officio condere digna tuo.
Vnica, quàm ſpectes, manet officioſa Voluntas,
Cætera, materiæ pondere preſſa iacent.
Dii faciant posſis (quid enim niſi Vota ſuperſunt)
Viuere, fælices ſuauiter Vſq; dies.
At tuus iſte liber claras modò natus in auras,
Duret, & authorem laudet ubiq. ſuum.

IN ALBERTINI BOTTONNI MEDICORVM NOSTRAE AETATIS FORTVNATISSIMI LIBRVM DE CONSERVANDA VITA.

Poloni Amoris& officii, ergo.

MAgna dabat totam Tyberis delubra per Vrbem,
Vſsit & accenſis thura, merumq; focis:
Cum ſubiit Latios opifex Epidaurus in agros,
Et dedit officio proſpera ſigna ſuo.
At quæ tanta tuis famam Virtutibus addent,
Non bene Pierys carmina iuncta modis?
Qui bene decerptis Clarys de collibus herbis,
Celſus ubi gemino mons petit aſtra iugo,
Pæoniam exerces medicans inſigniter artem,
Et prohibes ſtygias rumpere fila Deas.
Ac opus emittis quò non præſtantius ullum,
Languida mortifera corpora tabe leuet.
Quod tibi uenturos ſemper durabit in annos,
Et ſublime tuum nomen in aſtra feret.
Donec ab occaſu roſeum reuolutus in ortum
Phæbus, luciferis frena reponet equis.

Stanislai NiegoſſouusKi.

LIBER AD LECTOREM.

FAta manu, uitamq; gero, penituſq; repertam
  Pegaſus alato quam pede fecit, aquam.
Quiſquis es, hinc Artes medicas, floremq. iuuentæ
  Lædere quem poſſet nulla ſenecta, petas.
Nobilis huc pleno Permeſſus profluit alueo
  Et fundit Clariam plena canalis aquam.
Multa manu medica ſuperas referuntur in auras
  Vnde fluit Sacræ uena perennis aquę,
Sed Tua quæ Latias mittis Bottone ſub oras
  Poſſunt Pierii numen habere Dei.

Eiuſdem

CYnthius Aurata cithara præclarus,& arcu,
  Idem etiam Medica Diuus in arte potens;
Te nate ò cithara, & iaculis, atq; arte decorum
  Effecit Medica, Tethiios undiſonæ.
Sed curas cithara latitans ſolaris,& arcus
  Haſtaue quid ueræ nobilitatis habent?
Largiri, aut ſeruare animam laus æmula Diuis,
  Eripere immani eſt res magis apta feræ.
Ergo iſta ante alios fulget qui primus in arte,
  Mæonia, Albertus dignior iliade eſt.

HAEC EXIMIO PHILOSOPHO
ac Medico Domino Albertino Bottonno
Amoris ꝑpetuæq; Memoriæ gratia ſcribebat
IACOBVS CRITONIVS SCOTVS

IN ALBERTINI BOTTONNI DOCTISSIMI VIRI LIBRUM. DE CONSERVANDA VITA,

ALLEXANDER CARRATTI EPIGRAMA.

DVcere qui tutto Vitam uictumq; ſalubrem.
Noſſe, & acerba diu fata cauere cupit.
Quiſquis & in tenebris Medicinæ occulta ſubire,
Cernere & illuſtres quæ latuere uiros;
Hæc Monumenta legat Bottonni inſignia chartis.
Tradita, queis Medicæ conſulit hiſtoriæ.
Hæc tibi fontis erunt inſtar præcepta medendi.
Hic nitidas ſitiens dulce potabis aquas.
Hic bene cultus ager fruges producet opimas,
Meſſe grauis redeas, ſi apis inde domum.

DE TRIBVS SVPREMIS *Naturæ Muneribus.*

Ad Vitam ordinatis.

Cap. Primum

VITA cum in calidi & humidi proportionata menſura conſiſtat, Atq; humidum ſui ipſius conſumptionem, & diſolutionem ab internis externiſq; cauſis aſſiduè patiatur, prouida Natura de Nutritione prouidit, Cuius interuentu quod deperditur reſtauraretur, innatiq; caloris pabulum diu conſeruaretur. Hoc autē fit merito alimenti, Quod cum conſtet ex partibus ſimilibus, & diſimilibus, Nutritionis finem aſſequi minime poteſt; Niſi partes diſimiles coitionis ui ſeparentur, ſimiles uero à Membris attrahantur, Apponantur agglutinentur & in nutriti ſubſtantiam uertantur. Quod quandiu per naturam fieri licet, tandiu etiam uita ſuſtinetur & conſeruatur. Verum quia partes diſſimiles tam exactè ab alimētalibus ſecerni non poſſunt, quin caloris Vitalis pabulum aſſiduè impurius non efficiatur, unde ætatum

necef. nutriti.

diſcrimina imprimis, Morx tum ſenectus, & Mors deniq; ipſa in Vnoquoq; indiuiduo neceſsitatem ſemper habuere. Ideo ſagax Natura proprii operis cuſtodiendi adhuc non immemor, illius conſeruationem in ſpecie machinata eſt, & ſemine mediante ac indiuiduorum ſucceſsiua generatione æternitatem quodammodo æmulatur. Cæterum generatio, cum operatio ſit formæ materialis, quæ agendo non ſolum ſubiectum expoſtulat, ſed etiam determinata Magnitudine conſtitutum, Iure illa ipſa natura conſeruationi ſemper intenta Auctionem ſuppeditauit, inſtrumentaq; omnia ad indiuiduorum propagationem ſummo ſtudio accommodauit. Vt hinc neceſſariò ortum habuerint tria ſuprema naturæ Munera Nutritio Auctio & Generatio, quæ omnia in eundem finem diriguntur, cum uitæ noſtræ conſeruandæ gratia inuenta ordinataq; fuerint. Generatio quidem indiuiduorum ſucceſsiua propagatione uitam noſtram modo ſuo immortalem reddere videtur. Tantæ uerò functioni obeundæ, idonea inſtrumenta præparat conformat & perficit Autrix. Materiæ autem conueniens quantitas nutritione ſubminiſtratur: Hæc baſis & fundamentum eſt vitalium omnium operationum, ſine qua nullum vitæ genus conſiſtere, Nulla Vitæ Actio exerceri poteſt; Cuius

neceſ. generationis.

neceſ. Auctionis.

cum tanta ſit Neceſſitas ad omne Vitæ genus cuſtodiendum, Cæteris conſulto prætermiſſis De hac ipſa Nutritione & Nutritionis modo potiſſimum agere Decreui.

De Nutritionis eſſentia Cap. Secundum

DE Nutritione Acturus, ab illius eſſentia exordiar, ut pote ab optimo ac ſolido totius futuræ tractationis fundamento; quæ cum non aliunde melius haberi poſſit, quàm ex ſui ipſius definitione, ideo Noſtræ orationis innitium erit Talis definitio. Nutritio eſt Tranſmutatio Alimenti in ſubſtantiam nutriti facta in corpore Viuente uſq. ad extremum Vitæ, à facultate Altrice, Cui inſeruiunt Attractrix Rettentrix Coctrix Expultrix mediante calore Naturali & proprio partium omnium corporis propter vitæ indiuidualis conſeruationem. Tracta. ordo. Nutric. defin.

Nutritionem eſſe Tranſmutationem Cap. Tertium.

CVm Nutritio Mutatio quædam ſit in genere Motus Locari debet. Motus autem omnis cum demutatio quædam ſit, uel in ipſa Explic. partiũ defin.

met ſubſtantia erit, uel in iis quæ in ipſa ſunt, uel circa ipſam fiunt, Si Mutatio fuerit ſecundum ipſam ſubſtantiam, oriuntur generatio & corruptio, quæ utreque Mutationes ad nouam ſubſtantiam ſunt, vt generatio ſit mutatio totius ſubſtantiæ, de non eſſe ad eſſe; corruptio uero Mutatio eſt Totius ſubſtantiæ de eſſe ad non eſſe. Si autem demutatio in iis fuerit, quæ ſunt in ipſa ſubſtantia; hæc duo præcipua ſunt quantitas & qualitas, quicquid autem præter haec in ſubſtantia reperitur, ex eorum complicatione cum illa naſcitur. Quare ſi Mutatio fuerit in quantitate, ita oriuntur Auctio, & decretio integra manente ſubſtantia, Quæ ſi in ampliorem molem exurgit incrementum dicitur, ſi in minorem contrahitur decrementum uocabitur. Si autem Mutatio fuerit in qualitate, Alteratio erit. Quæ Mutatio & ipſa in ſubſtantia facta eſt, ſed ab una qualitate in aliam. Si uero Mutatio fuerit circa ſubſtantiam, ita orietur latio ſeu loci Mutatio, Quæ ſi à Medio fuerit, latio ſurſum erit. ſi ad medium latio deorſum, Quæ utraq; Recta cum ſit leuibus corporibus competit, primo tamen ſimplicibus, horum uero participatione etiam compoſitis, Si uero circa medium fuerit, latio circularis e=

generatio qd ſit.

corruptio qd ſit.

Auctio qd ſit.

Decretio qd ſit.

Alteratio qd ſit.

latio 2.

latio circ.

rit cælo competens , Ex propoſitis autem Mu= tationibus . nulla eſt,quæ Nutritioni conueniat; Imprimis ea non eſt Mutatio, quæ fit circa ſub= ſtantiam , cum non ſit lationes Recta nec cir= cularis , Nec illa eſt Mutatio , quæ fit in ſub= ſtantia ſecundum quantitatem aut qualitatem . Quamuis enim ad nutritionem conſequantur ca= loris conſeruatio , uel quantitatis auctio aut di= minutio uel etiam qualitatis intenſio , & remi= ſio, iſtæ tamen Mutationes omnes non fiunt in ipſamet ſubſtantia ſed in iis potius,quae in ſubſtan tia ſunt. Nec eſſe uidetur illa Mutatio quæ fit ſecundum totam ſubſtantiam , cum non ſit ge= neratio aut corruptio, quoniam in nutritione ni= hil omnino de nouo fit quod antea non eſſet. Quapropter concludendum eſt Nutritionem eã eſſe mutationis ſpeciem, quæ ad generationem re= ducibilis eſt, cum qua partim conuenit partim ab eadem diſtinguitur; conuenientiam habet in commu ni genere, cum utraq; Tranſmutatio ſit ſubſtan= tialis, utraq; enim ſubiectum in quod agit, in al= teram naturam ſpecie differentem commutat; dif ferunt uerò, quia generatio eſt tranſmutatio ad nouam ſubſtantiam quæ antea non erat , Nutritio uero eſt tranſmutatio, quæ in ipſa met ſubſtantia iam facta fit, ſecundo communicant in tranſmuta=

Nutritio non eſt motus localis.

Nutritio non eſt aug. uel decrem. aut alteratio.

Nutritionem reduci ad genera.

generationis , & nutritionis conuenientiæ & differentiæ.

Prima conueniētia.

tione ſubſtantiali, quoniam utrobique tranſmutatio fit ad nouam ſubſtantiam; ſed differunt quoniam per generationem acquiritur tota ſubſtantia de nouo, quæ antea non erat, per nutritionem uero licet non acquirunt nouam ſubſtantiam, quæ antea non eſset, finis tamen huius transmutationis eſt ſubſtantia ſpetie diſtincta à ſubiecto, circa quod ipſa egit, & in ſubſtantia præxiſtente acquiritur: Nam cibus qui huic tranſmutationi ſubiicitur, traſmutatur in carnem & oſſa quæ ſubſtantiæ ſunt ſpetie diſtinctæ ab alimento. & uerſatur circa ſubſtantiam & ſubiectum iam factum, ad differentiam generationis. Præterea conueniunt etiam in communi quodam fine, Nam utraq; tranſmutatio dirigitur ad conſeruationem proprii ſubiecti, At generatio gratia conſeruandæ ſpetiei. Nutritio uero ob conſeruationē indiuidui. Concludendum eſt igitur nutritionem eum tranſmutationem eſse, quæ non ſolum eſt ſubſtantialis, ſed etiam in ſubſtantia prae exiſtente facta, quæ in aſſimilatione nutrientis cum ipſo nutrito conſiſtit.

ecunda.

Tertia.

Nutritio non pro uia ſed pro termino capitur.

Cæterum Nutritio ratione, qua transmutatio eſt, cum eſſe poſsit Terminus totius mutationis, uel uia ad talem terminum, ſatis conſtat quod non eſt uia, quoniam quod eſt in uia, eſt in fieri ad acquiſitionem formæ ad quam mouetur; Quod

autem ad terminum Mutationis peruenit, formam & finem tetigit, Cuiuſmodi eſt ipſa nutritio, quae non immeritò aſſimilatio dicitur, quoniam eſt terminus totius traſmutationis alimenti, quæ in nutritione acquirenda praecedit; Et per hoc diſtinguitur etiam Nutritio à cæteris omnib. mutationibus, quæ ad ipſam ordinantur, cuiuſmodi ſunt ſanguificatio chilificatio & reliquae operationes huic inſeruientes. Quae omnes etiam ſi Mutationes quaedam ſint, praeparationes tamen & Viae ſunt pro nutritione & aſſimilatione acquirenda.

Differẽtia nutritionis à chilific. & ſanguific.

Nutritionem eſſe Tranſmutationem alimenti cap. Quartum.

CVm Nutritio ea Tranſmutatio ſit, quae in aſſimilatione conſiſtit, Aſſimilatio autem Terminus ſit Totius Mutationis, iure Talis terminus non ſolum ſupponet partes Motus praecedentis, Verum etiam ſubiectum mobile, Motus enim Alicuius mobilis motus eſt. Quare in Nutritione facienda praeter Aſſimilationem requiritur etiam aliqua ſubiecta materia, cui talis futura aſſimilatio conueniat, Haec autem uel familiaris erit cum corpore nutriendo, ut eſt

Ad nutritionẽ requiritur conueniẽs ma t.

alimentum, uel diſſimilis, & contraria, quemadmodum ſunt Medicamenta, & Venena, Cuiuſmodi eſſe minime poteſt ſubiecta haec materia. Quia licet in corpore illa ſumpta Mutationem aliquam inter initia ſuſcipere poſſint, in progreſſu tamen à corpore amplius non patiuntur. Sed propter contrarietatem & diſſimilitudinem potius agunt in ipſum, Aguntq; non aſſimilando & Nutriendo, ſed potius corrumpendo, & ad uiam interitus alterando & tranſmutando. Qua propter Nutritio ut fiat, oportet Tale Mobile eſſe familiare, & Amicum, ita ut à principio uſq; ad finem patiatur à calore noſtro traſmutari, donec ad ultimum Terminum Mutationis perueniat & actu nutriat, Nutriendoq; eſſentiam & formam ſingularum partium acquirat, Quae aſſimilatio Triplici actione praecedenti perficitur, Appoſitione ſecundarum humiditatum, Quando inſtar roris in totam ſubſtantiam partium ſparguntur & aeq; imbibuntur per omnia ſpacia, ut ſequatur uera appoſitio, per quam materia incipit rudem quandam aſſimilationem acquirere. Secundò ſuccedit coctio, ui cuius appoſita materia craſſior & denſior redditur partiq; adheret & agglutinatur, ut ſimiles qualitates, & conditiones cum nutrito conſequatur. Poſtremo haec

Alimentum quomodo differat à Medic. & Veneno.

2. de anima 45.

Tria pcedere aſſimilationē.

haec ipſa materia integram coctionis abſolutionem attingit, ut omni ſuperfluitate ſeparata, partis ſubſtantiæ asſimiletur, & tunc Membrum propriae nutriri dicitur.

In quo conſiſtat Alimenti ſimilitudo cum corpore nutriendo Cap. Quintum.

POſteaquam ſatis ex dictis conſtat, asſimilationem non fieri niſi ab obiecto ſimili, Nempè ab alimento, ulterius inquirere oportet, in quo coſiſtat alimenti ſimilitudo cum corpore nutriendo, Quod palam fiet, ſi diſcurramus circa ſingulas partes corpus humanum conſtituentes, ſunt autem Tres potisſimum, anima ſpiritus & corpus, Qua propter neceſarium erit, ut materia nutritionis, cum eodem ſimilitudinem ſeruet, in forma ſubſtantiali, uel in ſpiritu uel in corpore, uel in omnibus uel pluribus: ſi formam nutrientis imprimis conſideremus, nullam affinitatem cum forma humana habere uidetur, Quandoquidem forma hominis non ſolum eſt anima, ſed illa anima quae omni ui inſignita eſt uegetandi ſentiendi & intelligendi, Alimentum uero cum non ſolum uita ſed quocunq; uitae genere deſtitutum uideatur, tantum ab eſſe uidetur, ut in forma com=

Corpus humanum tribus perfice.

Alim. non ſeruare ſimilitudinem in forma.

Rat. 1.

municet cum ipſo homine, ut ab eadem potius longè lateq. diſtet: Accedit quod alimentum
Rat. 2. *tandiu aſſimilationem non aſſequitur, quàmdiu propriam formam ſeruat, quae prius corrumpenda eſt, ſi noua inde generari debet, ſecus ſi forma alimenti integritatem ſuam in corpore ſeruaret,*
Rat. 3. *ſequeretur quòd in eodem chilo & ſanguine tot eſſent formae ſpecie diſtinctae, quot fuere cibi ac potus differentiae ingeſtae, panis uidelicet uini carnis caſei & caeterorum alimentorum,*
Rat. 4. *quod eſt abſurdum: praeterea hoc etiam conceſſo, ad huc uutritio fieri non poſſet, cum ſola forma minimè ſufficeret ad nutritionem.*

Alimentum non ſeruare ſimilitudinem ſecundum ſpiritum Cap. VI.

Alim. non cõmunicare cum corpore per ſpiritũ. *OB eaſdem cauſas idem alimentum conuenientiam non habebit penes ſpiritum, is .n. cum in omnibus & ſemper proportionatus ſit ipſi animae, cuius eſt ſedes uehiculum & cum corpore uinculum, ideo qualis eſt forma & for-*
Rat. 1. *mae poteſtas, talis omnino erit etiam Spiritus eius. At forma alimenti toto generi diſtat à forma hominis, ergo & ſpiritus eodem mo-*
Rat. 2. *do diſtinctus erit. Praeterea ſicut in nutritione*

forma alimenti corrumpitur , ita & ſpiritus eius corrumpi debet, Accedit quòd etiam ſi incorruptus maneret , nutritionis natura adhuc non patitur in eadem ſubiecta materia reperiri diuerſos ſpiritus ſpecie differentes , Qui adhuc nutriendo non ſufficerent. Rat. 3. Rat. 4.

Alimentum An ſeruet ſimilitudinem pœnes corpus Cap. VII.

TAndem Nec pœnes corpus Alimentum ſimilitudinem ſeruare nobiſcum uidetur, ſi quidem corpus noſtrum in genere uiuentium continetur, Alimentum uero infra talem claſſem reperitur; & quàmuis à ueritate omnino alienum eſſet , affirmare omnia mundi entia habere aliquem animæ gradum , tamen quo ad preſens attinet inſtitutum , ſatis eſt quod alimenta ingeſta nullam ſeruant ſimilitudinem cum forma humana ſecundum eas animæ partes quas in corpore humano manifeſtè conſpicimus, uegetalem uidelicet ſentientem uel intelligentem . Si partes etiam noſtri corporis conſideremus , ab eiſdem pariter uariis modis alimenta diſtabunt in multitudine uidelicet, diuerſitate, conformatione, ordine ac proprietatibus, Qua propter alimen= Rat. 1. Rat. 2.

tum nullo modo nobiſcum communicare uidebitur in forma inquã ſpiritu uel corpore, cum omnibus modis diuerſum eſſe uideatur. Verum quia his & aliis rationibus ſenſuum euidentia & Rei euentus apertè repugnant, cum compertum ſatis ſuperq; habeatur ex una & eadem ſubſtantia panis non ſolum nutriri corpus noſtrum cum ſingulis partibus eius, uerum etiam pleraq; brutorum corpora ab eodem conſeruari, ut uita & omne uitae genus ex illius uſu cuſtodiantur; iure talis ſimilitudo alimenti cum corpore nutriendo inquirenda erit. Propoſitae igitur Rei Veritas elluceſcet ſi à notioribus exordiendo ſuppoſuerimus Nutritionem fieri in nobis ob eum finem, ut deperditum reſtauretur. At quod deperditur & aſſiduè effluit non eſt niſi corpus, pro ut mixtum eſt ex elementis, id autem quo fit talis nutritio, non eſt niſi anima ſpiritui ſuo inſerta; ac proinde uanum eſt in aliis praeterquam in hoc ipſo corpore ſimilitudinem inueſtigare. Nam quo ad formam ſubſtantialem attinet, cum ſubſtantia ſit incorporea nec contrarietatem habet, nec magis & minus recipit, ſed per internam ſuam naturam eadem ſemper eſt & uniformis per totum uitae noſtrae curriculum. Et quamuis pro aetatum diſcrimine

Similitudo alim. nõ niſi pe- neſcorpus ſer nari.

in agendo alterationes multas pati uideatur, hoc tamen per ſe illi non competit, ſed ab extrinſeco potius & corporis cauſa ei aduenit, ut non immeritò Ariſt. dixerit, quòd ſenex ſi haberet oculum iuuenis aquè uideret ac iuuenis, & hyp. pariter habet quòd anima nec nutritur à corpore, nec corpus ab anima, ſed una, & eadem numero exiſtens, in unoquoq; indiuiduo ſubſtantia propria integritatem ſemper ſeruat, nullaq; nutritione indiget. ſi animæ nulla eſt Nutritionis neceſſitas ob eaſdem cauſas, nec illius ſpiritui conuenire poterit, in quo ſemper anima eſt perfuſa & infuſa; is enim licet in genere corporum ſit, ſimplex tamen eſt, imò cœleſtis, ac proinde nec elementum nec ab elementis originem ducit; ſed ſupra omnia elementa exiſtens, nihil commune cum illis habebit. quopropter nec ab elementis nec ortis ab eis conſeruabitur: De cuius eſſentia neceſſitate Atq; officiis ex propoſito infra tractabo, ſatis eſt hoc loco intellexiſſe, hunc ſpiritum una cum ipſa anima ab omni nutritione eſſe prorſus immunem:

2. de anima

lib. de. ſpmat.

Spiritū non nutrire.

Quod Nutritur corpus eſt Cap. Octauum.

Legitimum igitur nutritionis ſubiectum corpus erit ex elementis mixtum, quod cum ex contrariis conſtet, internam habet cauſam propriæ diſſolutionis, ut niſi loco deperditi conſimile obiectum ſubſtitueretur, profecto in ſua primordia cito reſolueretur: cumq; talis reſtauratio non ab alio fiat quam ab alimento, fateri cogimur, ſimilitudinem habere cum ipſo alito. Quæ autem & qualis ſit hæc ſimilitudo, declarare tentabo, ſi imprimis tamen ſuppoſuero eam petendam non eſſe ex aliquo determinato rerum ordine Vegetabilium ſenſibilium & intelligibilium, quoniam ex quacumq; claſſe indifferenter haberi poteſt: Nec ex corporis & patrium externa ſimilitudine, tum quia Vegetabilium materiæ alimento nobis eſſe minime poſſent, tum etiam quia diuerſis partibus noſtrum corpus conſtituentibus totidem conſimiles correſpondere deberent. Qua ratione oporteret cor nutriri ſolum ex corde, cum quo ſeruat ſimilitudinem, hepar ex hepate, carnem ex carne, & ſic de aliis, quod eſt falſum, cum ex una & eadem carne ex uno & eodem pa

Nutritio cur ſoli corpori cõpetat.

Alimẽti ſimilitudo ũde petenda ſit.

in eodẽ alimento nu. cõtinetur ſimilitudo cũ toto corpora.

ne partes omnes corporis nutriantur ; immo eadem ſubſtantia panis in cane ſit caro canis, ſicut etiam in homine. Hoc autem nequaquam contingeret, niſi in uno & eodem alimento numero deliteſceret nutrimentum ſimile omnibus dictis partibus & in diuerſis indiuiduis ſpecie differentibus. Quæ igitur ſit Noſtri corporis & ſingularum partium eſſentia, ex quibus quot & qualibus conflata ſit, explicare oportet.

De eſſentia corporis humani. Cap. IX.

VNiuerſi corporis noſtri eßentia tribus potisſimum perfici, Auctor eſt Hip. Lib. de morbis uulg. contentis, nimirum continentibus & impetum facientibus, Quorum omnium una & eadem eſt eſſentia corporeaq́ ſubſtantia; diſtinguuntur ſolum pœnes tenuitatem & crasſitiē, huiuſmodi autem eſſentia homini non ineſt ratione qua homo uel animal aut planta, ſed ratione qua mixtum, ac proinde cuilibet mixto & ſingulis eius partibus conuenit, ut ob id Nutritionis materia nec à ſubſtantia incorporea capienda ſit, nec à quolibet corpore, ſed ſolum à mixto. Qua ratione fit, ut nullum elementum ratione qua ſimplex corpus eſt, idoneum ad nutri=

part. 8. aph. 19.

endum eſſe poſſit, Nihil.n. quod eſt ſimplex, aptum
Nullũ ſimp. poteſt nutrire natum eſt nutrire compoſitum; praeterea elementa
cum ea ſint corpora, quæ ſummis qualitatibus prae
dita ſunt longè diſtant, ut apta ſint ad uitam
ſuſcipiendam, ſed ſolius mixtionis cauſa, ori=
tur in quolibet mixto diſpoſitio ad aliquod eui=
Solum mixtũ eſt aptũ nutrire. dens uitæ genus, & pro maiori, & minori
mixtionis perfectione tum pænes corporis eſſen-
tiam tum complexionem unum quodq; corpus
maiorem & minorem preparationem ſuſcipit
ad Vitæ gradum magis uel minus præſtantem.
Hon. uir ex cellentiorem uitæ gradũ obtineat. Quod ſanè in cauſa eſt, ut homo excellentio=
rem uitæ gradum à deo bonorum omnium lar=
gitore acceperit Quia ex Auic. ſententia dona=
uit ille meliorem temperaturam quam habeant
caetera omnia mundi entia, Contra uerò elemen
ta, quia mixtione ad huc carent, & ſummis
qualitatibus praedita ſunt, ideo non ſolum uita
carent, ſed tanquàm corpora omnium imper=
fectiſſima longæ omnium diſtant ab ipſa uita.
qua propter fruſtra quæritur ex huiuſmodi cor=
poribus imperfectiſſimis & uitae ineptis aliqua
utritionis materia. Quæ uerò ex elementorum
mixtione primo oriuntur, paulo maiorem affinia
Alimentum nó tatem nobiſcum habere uidentur. Quandoqui=
dem ratione qua mixta ſunt, triplicem illum
partium

partium numerum obtinebunt, quibus diximus conſtitutam, eſſe uniuerſam mixti eſſentiam, præterea ex precedente mixtione aliquam temperaturam conſequta ſunt, ut & mixtionis ratione, & qualitatum primarum comoderatione, mixtus ipſis elementis diſtent à corpore noſtro; Hec tamen prima elementorum mixtio adeo in perfecta eſt, ut ſufficiens minime ſit per nutritione facienda, Quia hac ratione quodlibet mixtum nutritioni idoneum foret, & uitæ conſeruationi, unde homo æq; nutriri poſſet, ex lapidibus & metalis ſicut ex pane & uino, hoc tamen cum ſenſui repugnet, neceſſario ſequitur, preter propoſitam conuenientiam, ut pote nimis latam & amplam aliam requiri, quæ priori paulo anguſtior exiſtens, noſtræ etiam mixtioni ſit magis propinqua, hæc autem qualis eſſe debeat, natura & modus mixtionis nutrientis & nutriti declarant: Nam quod nutriturum eſt, non ſolum mixtum ut ſit oportet, cuiuſmodi ſunt etiam lapides & mettalla, ſed talem miſcibilium commenſurationem habere debet, qualis requiritur, ut aptum ſit uerti in ſubſtantiam nutriti, At quod nutritur non ſolum corpus eſt, non ſolum corpus mixtum, uerum etiam uita præditum, ergo quod eſt nutriturum, cum nu=

de ſumi ex quo libet mixto.

Quale mixtũ ſit aptũ nutritioni.

trito ſimile eſſe debeat; eam mixtionem ac miſcibilium menſuram habere opus eſt, ut in ſubſtantiam corporis uerti poſſit, & illius uitam conſeruare; Cuius mixtionis defectu lapides & metalla, ſicut ad nullam uitae gradum manifeſtum preparata fuere, ita nec uitam noſtram tueri, aliquo modo poterunt, Quandoquidem in ſui generatione longe aliam mixtionis rationem obtinuere, quam Viuentis corporis nutritio expoſtulet;

Alimentum deſumendum eſſe ex ordine Vegetabilium & animal. Cap. X.

SI ad nutritionem requiritur illud mixtum quod aptum eſt ad uitam, ſequi etiam uidetur, quod alimentum ex illis mixtis deſumi tantum poſſit, quæ uiuentia ſunt, ac proinde in genere uegetabilium & animalium collocantur, hæc enim nequaquam uiuerent, ſi ex elementorum mixtione eam compoſitionem non obtinuiſſent, qualem requirunt anima & partes ipſius ad uitales functiones obeundas; Quod cum ita ſit neceſſario etiam ſequi uidetur, ut eorum uiuentium materiæ & corpora quæ in ſui generatione præſtantiorem uitæ gradum ſuſcepe-

re , noſtræ etiam nutritioni fœlicius ſe accommodent ; ut pote illa quæ ſicut in ortu ſuo præſtantiorem commoderationem acceperunt, tum in eſſentia corporea tum in temperatura , maiorem pariter familiaritatem & affinitatem nobiſcum obtinuerunt ; hac ratione caro humana non ſolum omnium maxime nutriet , uerum etiam ſaporis iocunditate & odoris ſuauitate cætera quæq; alimenta ſuperabit. contra Vegetabilia , quia in genere uiuentium longius ab homine diſtant , minus etiam nutrient , Quæcunq; uero interiacent inter hæc animalia, mediocritatem quandam nutriendo ſeruabunt ; Cæterum in uno quoq; genere lata & ampla eſt alimenti latitudo , ut alia magis alia minus nutriant, hoc tamen ubiq; perpetuæ ueritatis eſſe arbitramur. ut illa ſemper magis & copioſius nutriant, quæcunq; ad ſui productionem requirunt & plures & longiores coctiones ; teſtari imprimis poſſunt , plantarum partes . quarum fructus & ſemina cum p longiorem ellaborationem ad maturationem perueniant , quam folia & quod reliquum eiuſdem plantæ ſupereſt , iure in nutritione cæteras omnes partes ſuperabunt ; ex pallea enim & hordeo nutritur æquus , copioſius tamen alimentum præſtabit hordeum quam pallea ; ſiquidem

Alimẽta perfectiora quæ ſint.

quæ ſit maioris nutrim.

Tale ſemen ex coctione longa quæ præceſſit, eam mixtionem & miſcibilium perfectionem adeptum eſt, ut non ſolum primum uitæ gradum inde acceperit, ſed eundem etiam diuturno tempore ita cuſtodit, ut conuenienti terrae demandatum propagare facile poſſit; Quod plante ipſius ob imperfectiorem mixtionem minime conuenit; Hinc ratio aſſignari facile poteſt, cur pallea æquo ſit familiare alimentum, homini uero potius excrementum, hordeum autem in ſubſtantias utriuſq; uerti patiatur. Quod diximus de diuerſitate alimentorum uegetabilium, id ipſum de animalibus & partibus ipſorum & in unoquoq; indiuiduo affirmare poſſumus, in quorum genere quæcumq; longiores ellaborationes & multiplices coctiones experiuntur, maiorem etiã depurationem ſemper acquirunt, Qua ratione ad mixtionem humani corporis proximius etiam accedunt, hinc eſt quod oua & lac, quia ab animalibus per nouam coctionem generantur, plurimum etiam nutriunt, ut alendo cæteras omnes partes illorum meditorum omnium conſenſu iure ſuperent;

Nutritionem eſſe Tranſmutationem alimenti in ſubſtantiam Nutriti Cap. XI.

AD nutritionem faciendam, præter obiectum nutriens, requiritur etiam ſubiectum recipiens tale obiectum, & eſt corpus humanum, Quod conſiderari poteſt, & ratione totius. & ratione partium, nutritio cum ſit uiuentis operatio, competet toti & ſingulis partibus uita præditis, quare multae partes ab hac nutritione excludentur, quae communi conſenſu uiuentes non ſunt, quales eſſe putantur capilli ungues humores tum excrementitii tum alimentales. hac enim & ſimilia licet augumentum ſuſcipiant non tamen eorum auctio fit, quia per tranſmutationem alimenti in ſubſtantiam nutriti maior ſit appoſitio quam reſolutio. Sed potius per partium aditamentum, citra tranſmutationem ſubſtantialem: hinc eſt ut capilli barbæ & ungues ſoleant augeri in corporibus etiam mortuis, in quibus nulla nutritio efficitur. Cum itaque nutritio partibus tantum uiuentibus competat, Atque hæ duplices ſint, ſimilares & diſſimilares, utriſque conueniet, At primo ſimilaribus; ſecundo uero diſſimilaribus,

Quæ nutriri nequeãt.

Nutritio quibus partib. 1. con petat.

ratione qua iſtæ ex ſimilarium compoſitione conſurgunt, & ratio huius eſt, quia cum organa correſpondeant ſuis formis. & nobilioribus formis nobiliora inſtrumenta conueniant, infimis uero infima, proinde illae ut agant maiorem apparatum in ſubiecto corpore requirunt, hæ uero rudiori & imperfectiori ſatis habent; Quo fit ut ad nutritionem ſimilarium partium eſſentia & temperatura ſufficiant. Senſatio uero & motio quia præſtantioris facultatis opera ſunt; congruam etiam conformationem expoſtulant, ratione cuius conformationis principaliter ad ſenſationem & motionem ordinata ſunt, quemadmodum merito ſimilarium ex quibus conſtituta ſunt, ſecundario nutritioni incumbunt.

Nutritionem fieri in corpore uiuente à fac. Altrice. Cap. XII.

corpus ut corpus nõ ſufficere ad nutr. Rat. 1.

N*Utritio cum operatio ſit, non ſolum materialis ſed omnium infima, ſubiecto corpore egebit, in quo & per quod fiat: Hoc autem uel ut corpus tantum ſuficiet, uel requiritur etiam corporis affectio, uel quid excellentius; Corpus ut corpus Agens eſſe minime poteſt, quia tunc nutritio æqua fieret à cadauere ut à cor=*

pore uiuente : Præterea corpus ratione qua cor pus hoc habet ut ſit materiale, at ratione huius eſt potius patiendi quam agendi principium: Accedit quod ſi Agentis naturam & proprietates contemplemur, nihil illius erit quod corpori accommodari poßit, Agens enim dicitur Agens, quia repugnat propriæ illius naturae eciari, ſed ad motum potius promptum eſt, & in agendo ualde efficax: Ex qua agentis natura ſequitur, ut illius uis facile pænetret in paßum, Quæ agentis conditiones tantum abeſt, ut corpori accommodari posſint, ut à re incorporea potius emanent, Cuius ſolius participatione corpus dicitur agere & operari, Nutritio ergo & ſi corporea operatio ſit, cum in corpore, & per corpus & corporis gracia fiat, non tamen huius nutritionis auctor legitimus corpus adhuc dici meretur.

Rat. 2. Rat. 3.

Nutritionem non prodire à corpore merito affectionum Cap. XIII.

CVm itaq; corpus per ſe, & ut cauſa ad nutritionem non concurrat, quoniam quicquid agit Alterius ui agit, quærendum iure erit, quod nam eſſe posſit tale agens: Hoc forte p

lam nobis fiet, ſi diſtinxerimus quæ corpori inſunt, Atqui hoc uel affectio aliqua corporis eſt; uel quid excellentius, ſi affectio corporis ſit, uel quantitas aut qualitas erit, Quantitas eſſe non uidetur, cum ratione huius corpus pariter rationem agentis non habeat, ſed potius paſsi, ſicut .n. homo ratione materiæ & corporis eſt paſsibilis, ita ratione quantitatis eſt diuiſibilis: Si autē ad corporis qualitatem reſpiciamus, longè magis conuenire illi uidebitur, ut ſit agendi principium, quam materiæ aut quantitati, Imprimis quoniam qualitas & ſi corporea affectio ſit, cum in ſubiecto corpore fundetur & extendatur, quia tamen ex materia & forma non conſtat, ideo corpus eſſe non poteſt, ſed ad naturam incorpoream magis accedens, agentis conditiones habere uidetur, ſic enim aqua per frigiditatem agit, ignis per caliditatem, & reliqua omnia mixta ex his per ſua temperamenta operari uidentur: Vt piper calefaciat rarefaciat attennet fundet, quia calidæ temperaturæ eſt; contra oppium refrigerat denſat incraſſat ſtupefacit, quia frigidum eſt ita in corpore humano uentriculus exiſtimatur coquere & hepar ſanguificare per propriam complexionem, & caloris qualitatem, quemadmodum per receſſum à naturali & pro-

pria

Affectio corporis duplex.

Quantitas non eſt cā nutritionis.

Qualitas ā ſit cauſa nutritionis. Rat. 1.

pria temperatura, uel diminutè uel deprauatè agunt, uel etiam proprio munere fruſtrantur. Et Gal. in lib. quòd animi mores corporis temperaturam ſequuntur, tantum uidetur huic complexioni tribuere, ut eam eſſe ſtatuat principale agens functionum omnium:

Temperaturam non eſſe Agens principale Nutritionis. Cap. 14.

S*I Agentis naturam interius contemplemur, nequaquam ſtatuendum erit nutritionem inde prodire, ut ab agente principali, Quandoquidem qualitas ſeu complexio accidens eſt, corpori inherens, & per ipſum extenſa, ut corpore ſublato ipſa etiam corruat, quare non poteſt eſſe uerum agendi principium. Praeterea cum in unoquoq; mixto unicum agens principale eſſe debeat, cui actio omnis principaliter tribuitur, Tale profectò eſſe non poterit in corpore humano temperatura; haec enim eſt agens pure naturale, cuius actiones ſunt determinate, & prater haec naturæ opera, quae ſunt uniformia, accedunt etiam alia uoluntaria, quæ ad temperaturam ullo modo referri poſſunt; ſecus agens naturale ageret ultra proprias uires. qua=*

Rat. 1.

Rat. 2.

propter ſupra temperaturam concedendum eſt aliud agens principalius, cui primo conuenient dictæ operationes.

Nutritionem prodire ab anima ut ab agente principali. Cap. XV.

HActenus à Nutritione quæ in homine fit, aſcendimus ad corpus, à corpore ad corporis affectiones, & primo ad quantitatem, deinde ad qualitatem; Quorum neutrum cum eſſe poſſit legitimum agens, fateri cogimur præter hæc dari aliud agens ſublimius, quod uidelicet nec corpus ſit, nec corporis affectio, ſed potius incorporea quædam natura de genere ſubſtantiæ per ſe ſubſiſtens, & corpori corporeisq; affectionibus ſubſiſtentiam præbens, quæ actionum omnium principalis cauſa ſit, ac proinde corpus & corporis partes quibus praeeſt, ad agendum impellens. Animã eſſe agens princi. omniũ operationũ. *Quod ſanè Agens Aliud eſſe non poteſt quàm ipſa anima, quæ poteſtate omni & agendi ui prædita ſola retinet naturam & proprietates ueri agentis principalis: Hæc enim in eſſentia unica exiſtens in quolibet indiuiduo, cum ſubſtantia ſit, ad ſui ſubſiſten-* Rat. 1. *tiam Alterius ope non eget, ſicut illius affe-*

ctiones , quæ ſunt quantitas, & qualitas, ſed per ſe ſubſiſtens , corpori cui coniungitur , & corporeis affectionibus ſubſiſtentiam prebet . Ra= 2. Rat.
tione qua non ſolum ſubſtantia eſt . ſed ſimplex & incorporea atq. formalis , per ſe mobilis eſt, & ad omnes motionum differentias idonea; caret enim omni compoſitione partium diuerſitate & confusſione ; ut omnem corporeitatem à pro pria ſua natura excludat . Eadem ratione qua in agendo eſt independens , perſe mobilis 3. Rat.
eſt , ut in mouendo ſubiecto corpore & ſin= gulas partes aliunde auxilium non imploret, per ſuam ſtabilitatem momenta neas & cadu= 4. Rat.
cas qualitates confirmat roborat & diuturnas reddit : per ſuum ordinem in tanta partium multiplicitate & diuerſitate omnem tollit con= fuſionem . Quæ ſicut tot differentias partium 5. Rat.
ſibi fabricauit citra omnem errorem, ita eaſdem ad propria officia tacito omnium conſenſu pro= mouet: per ſuam unitatem numeroſas partes in 6. Rat.
unum compoſitum conſpirabiles efficit, cum earum unitas aliunde melius haberi nequeat, quã ab hoc uno principio, cuius ſolius proprium eſt unire, non au tẽ uel totius uel partis; Siquidem totum poſterius eſt ſuis partibus , & partium multiplicitati repu= gnat cauſare unitatem . Eadem per ſuæ natu= 7. Rat.

ræ fæcunditatem & uirium omnium plenitudinem. toti corpori communicatur, & uariis miriſq; modis ubiq; ſe oſtendit, & patefacit. Quæ cum non ſolum actus ſit, ſed omnis actus; ideo aliis prebet actum ſubſiſtendi, aliis uegetandi, non nullis ſentiendi, & tandem etiam intelligendi. Nutritio igitur ea erit operatio, quæ non à corpore quantitate aut qualitate praditum. Sed ab anima tamquam ab agente principali emmanabit.

Nutritionem prodire ab anima ſecundum partem uegetalem. Cap. XVI.

ANima cum ſit principalis cauſa omnium functionum, quæ in corpore fiunt; Atq; Unius corporis unica eſſe debeat forma, quæ tamen multis uiribus prædita, uariis etiam ac multis operationibus in eodem indiuiduo ſatisfacere poteſt; inter cæteras autem cum nutritio una ſit, atq; illa, quæ communis non eſt, & toti animæ coæqualis, quemadmodum eſt Vita, ſed propria & determinata; ideo ab hac ipſa anima ea ratione prodire debet, ut concurrat ſecundum determinatam ſui facultatem huic actioni coreſpondentem, cumq; eiuſmodi

operatio homini conueniat non ratione, qua homo uel animal, ſed ratione qua planta, proinde ab anima exibit non ſecundum facultatem intelligendi uel ſentiendi, ſed potius uegetandi: Cæterum facultas hec vegetalis cum alia principalis Alia inſeruiens ſit; principalis conſiſtit in generatione nutritione & auctione: his uerò inſeruientes ſunt Attractrix Retentrix, Coctrix, & Expultrix. conſtat autem quòd nutritio non ſolum operatio eſt facultatis uegetalis, ſed principalis, quæ radix prima eſt totius vitæ, ſponte ſolius naturæ facta, citra omnem cognitionem & uoluntatis imperium, fitq; in omni parte corporis, & omni tempore, in ſomno in uigiliis, & nullo labore, quæ ad extremum uſq; uitæ noſtræ perdurat. Quæ operatio ratione, qua non ſolum materialis eſt, ſed cæterarum omnium infima, ideò fundamentum primum habet in corpore meritò partium ſimilarium eius, at ſecundariò competit etiam diſſimilaribus, ratione qua ex illarum compoſitione conſtitutæ ſunt. Partes autem ſimilares & ſi multiplices ac uariæ ſint, propria eſſentia & temperatura diſtinctæ, Non propterea illarum facultas altrix ſpecie diſtinguitur, ſed unica eſſentia animæ exiſtens, Unica alendi ui ornata eſt quæ tamen per ſimilarium par-

Nutritio eſt operatio fac. altricis.

Nutritio ſine cogni. fit.

Nutritio primo cõpetit partib. ſimilib.

tium diuerſitate uario modo illis ſe accommodat, ut quot ſunt partes totidem illis præſint alendi facultates, non quidem ſpecie ſed ſolo numero diſtincta, non eſſentia, ſed ſolum eſſendi modo ſeparatæ.

Subiectum principale Altricis fac. eſſe hepar. Cap. XVII.

PLuribus partibus ſimilaribus in corpore noſtro exiſtentibus, quibus omnibus communis eſt nutritio; neceſſarium eſt in tanta partium multitudine ac uarietate ordinem aliquem nutritionis reperiri, ratione cuius citra omnem confuſionem in corpore detur aliqua una pars, cui primò conueniat hæc facultas Altrix, ac proinde ſit cauſa nutritionis in reliquis omnibus partibus. Quae autem haec ſit, diſentiunt Medici à philoſophis. Cum ſtatuat Ariſt. lib.3. de partibus animal. & lib. de iuuentute & ſenec. cui Auer. etiam conſenſit 2. collig. Cap.4. Talem partem principalem eam ipſam eſſe, in qua pariter ut in primo fonte uniuerſa anima uireſq. omnes eius primò reſident, illius autem gratia in reliquis omnibus partibus, cuiuſmodi eſt cor, ut in hoc primo ſanguis generetur, quod eſt totius nutritionis ac

Opinio Ariſt. de part. princ. facult. nutri.

partium omnium materia. Medici uero ſtatuunt eſſe ipſum Hepar, ut paſſim ex Gal. colligitur tum alibi tum 2. Artis medic. & ex Auic. in prima pri. Nec abſq; ratione hanc ſententian comprobare uidentur, cum & ſenſui euidens ſit, & rationi minimè repugnet. ſi Namq. ſenſus iudicium ſequamur, ſatis conſpicuum apparet, in hepata tanquam in propria officina humores omnes generari, quibus corpus uniuerſum eſt nutriturum, & mediantibus uenis ab illo ortis diffundi per uniuerſas corporis partes pro earum nutritione. praterea accedit ratio quoniam ibi ſanguis generatur, ubi acquirit propriam formam ſanguinis; & praterea etiam ab omnibus excrementis nutritioni inutidibus ſimul depuratur, utrunq; autem in hepate abſoluitur, quare hepar erit legitima officina productionis ſanguinis, quo uniuerſum corpus nutriri debet. Quandoquidem chilus in uentriculo ellaboratus quocunq; modo in hepar feratur, à propria illius uiſceris eſſentia & temperatura talem alterationem & coctionem ſubit, ut amiſſa propria forma chili cum propriis accidentibus, formam ſanguinis acquirat cum omnibus conditionibus conſequentibus ſanguinis naturam in ſubſtantia & qualitatibus tum pri=

Opinio Medic.

Rat. 1.

Rat. 2.

mis tum ſecundis, in colore odore ſapore & reliquis. Et quia omnem coctionem ſemper ēt comitatur inutilium excrementorum ſeparatio; ideò natura prudens & ſolers, tot receptacula excrementorum illius coctioni accommodauit, quot ſunt excrementorum genera diuerſa, quæ poſt talem coctionem producuntur & ſeparantur: hæc autem ſunt in duplici differētia, quædam ſunt humoroſa & craſſiora, quædam ſeroſa & tenuiora. craſſiora duo ſunt, flaua bilis & Melancholia pro recipienda flaua bile, hepar habuit ueſicham felleam appenſam, pro recipienda uerò melancholia, lienem fabricauit, in quem transmititur mediante proprio meatu ab hepate orto, & in lienem inſerto. pituitae uero excipiendæ nullum determinatum receptaculum natura facere debuit, quoniam cum ſit ſanguis ſemiſoctus, qui per ulteriorem ellaborationē in perfectum ſanguinem tranſmutatur, debuit manere permixta ipſi ſanguini, & cum eo ipſo per uenas omnes deduci, ut tempore indigentiæ & ſanguinis defectu ipſius loco ſuccederet, & partes aleret, quae fuit Auic. clara ſententia prima primi. Quantum uerò ad excrementum ſeroſius & tenuius, hoc recipitur in ueſicha mediantibus renibus. Quae receptaculo in lo

[Margin notes: 3. Rat. — Veſicæ fel. officium. — Lienis officiū — Viſicæ. officiū.]

co

cō diſtanti non immeritò locata fuere ; quoniam hæc ſeroſitas cum habet uſum , ut maſſa humorali craſsiori permixta prius maneat , ut eidem inſeruiat pro uehiculo , donec in paruitiores & altiores corporis noſtri partes fuerit deducta & euecta ; Quo munere perfuncto iam carens omni utilitate debet in propria receptacula recipi , & extra corpus etiam propelli. Quibus rationibus ſatis conſtare poteſt ſanguinis generationem habere in hepate tamquam in propria officina , non autem in corde.

Accedere & Alia ratio poteſt. Quoniam cum unicus ſit Meatus à iecore ad cor tendens , per eundem etiam ſanguis ab hepate ad cor fluere debet , & uiciſsim à corde in hepar , & ab hepate per uenas in corpus totum quare ſi in hepate uerus ſanguis non fieret, ſed potius in corde , atq; per eundem canalem ſanguis impurus & in hepate alteratus ad cor deueniat, a quo deinde perfecte elaboratus per eundē canalem in hepar & uenas perueniat , non poſſet certè illuc accedere atq; inde ſimul recedere ſimul purus & impurus , ſed neceſsario in hoc tranſitu & motu mutuò ſe impedirent, atq; offenderent ; conſequenter ita permixti à proprio munere deficerent. Rat. 4.

De facultatibus inſeruientibus Nutritioni Cap. XVIII.

NVtritio cum ſupremum naturæ munus ſit, & pro uitæ conſeruatione ultimus terminus alimenti, qui per aſſimilationem acquiritur; Aſſimilari autem nequeat, niſi prius uariis alterationibus ſubiiciatur, Quarum cauſa aſſiduæ ſpolietur partibus omnibus diſſimilibus donec actu nutriat. Atq; hoc fieri nequeat abſq; aliis facultatibus præcedentibus coctrice uidelicet tranſmutante alimentum in aliam formam, expultrice ſeparante excrementa, Retentrice non permitente Alimentum fluere donec coctioni ſubiiciatur, & nouum alimentum tempore indigentiæ Attrahente; ideo ut mediante nutritione Vita conſeruaretur, Anima Vegetalis non ſolum debuit eſſe ornata facultate Altrice ut principali, ſed pleriſq; aliis huic inſeruientibus, iam propoſitis. De quarum ſingulis tractare iure oportet. Et quoniam inter dictas facultates quaedam inſeruientes ſunt, & quædam principales, famulanteſq; ſint Attractrix Retentrix & expultrix, cui uero inſeruiunt ſit coctrix, ex cuius neceſſitate & cognitione cum Reliquarum præcedentium origo ordo neceſſi=

Quæ & quot ſint fac. nutri. inſeruiētes.

tas ac ſcientia pendeant, non immeritò ab huius operationis eſſentia initium ſumam, differentias eius dinumerabo. & ſingularum naturam ac naturæ modum inueſtigabo.

De coctione in genere. Cap. XIX.

A*Riſt. coctionem definiens in genere, inquit quòd Coctio eſt perfectio ex oppoſitis paſsiuis à naturali & proprio calido, cui ſi finalem cauſam addiderimus, quæ ſcilicet in uitæ conſeruatione conſiſtit, perfectam orationem raddemus. cuius partes duæ cum ſint, quarum altera ſe tenet ex parte definiti, Altera ex parte definitionis, Vtrarumq. explicationem aggredior, & imprimis quantum attinet ad definitum, quod eſt coctio, huius neceſsitas declaranda occurit. Quæ non aliunde melius colligi haberiq. poteſt, quam ex eo fine, in quem ipſa ordinatur. Is autem eſt Nutritio, hæc abſq; alimento non fit, quod nutrito ſimile euadere debet; Eiuſmodi autem non efficitur, niſi partes diſsimiles & ad nutritionem inutiles ſeparentur. Earum uerò ſeparatio fieri non poteſt, niſi per præcedentem alterationem forma propria alimenti corrumpatur, & in a=*

4. Meteor. 1.

Quæ ſit coctionis neceſitas.

liam ſpeciem transmutetur, hoc autem fit mediante coctione. Quare ad Nutritionem, conſequenter Ad Vitæ conſeruationem coctio Alimenti ſummè neceſſaria erit.

Coctionem eſſe perfectionem. Cap. XX.

Explicatio partium deſini.

QVoniam coctio in Alteratione quadam conſiſtit, Hæc Alteratio uel corruptiua erit uel perfectiua, corruptiua eſſe non poteſt, quia hæc uia eſt ad interitum, coctio autem ad Vitam. Quare oportet ut ſit perfectiua, ut non iniuria dixerit Ariſt. coctionem eſſe actum & perfectionem quandam, per hanc enim quod eſt potentia nutriturum, diſponitur ut actu nutriat, & quod eſt diſsimile, præparatur, ut euadat ſimile. Actus deinde iſte perfectiuus cum inſtanti non acquiratur, ſed in tempore, cuius menſura motus eſt; ideo per motum erit acquiſibilis. Motus autem Alicuius mobilis Motus eſt, Quod Mobile cum motui ſubiicitur, partim eſt in potentia, & partim in actu; ideo ut terminum actumq; ultimum acquirat, neceſſarium eſt, ut per actionem & paſsionem conſequatur, Actio autem

Modus quo fit coctio.

eſt operatio Agentis in paſſum, Quod paſſum ita recipit actionem agentis, ut ob partes contrarias, quas retinet Reagat in ipſum agens; propterea Alimentum ut coquatur, & coctionis finem adipiſcatur, Eget eo motu, qui inter contraria uerſetur, ratione cuius contrarietatis ſubiectum ipſum mobile Ab agente patiatur, & patiendo in ipſum mutuo reagat. Ex cuius coctionis modo dilucidatur prima pars propoſitæ definitionis, in qua dicebatur cum Ariſt. quòd coctio é perfectio ex oppoſitis paſsiuis. Quod eſt, ac ſi dixiſſet, quòd coctio eſt perfectio obiecti concoquibilis, quæ Motu acquiritur per actionem & paſsionem.

Coctio à Quo Agente fiat. Cap. XXI.

QVia nihil, quod eſt in potentia, in actum deduci poteſt, niſi ab aliquo agente, ideò coctio cum ſit perfectio obiecti concoquibilis, quae per motum per actionem & paſsionem acquiritur, & id quod patitur alimentum ſit, Quod dum patitur eſt potentia nutrimentum, proinde ut ad actum nutritionis deducatur indiget Agente, Quod nil aliud eſt quam calor,

Alimẽtum ad actum nutritionis deducitur à calore.

is enim ſicut cæterarum operationum omnium, quae in corpore fiunt legitimus eſt auctor, & principalis animae opifex, ita profectò ipſius etiam coctionis principale Agens omnino cenſeri debet, Cuius tanta eſt cum anima affinitas & indiſſolubilis coniunctio, Ut nulla actio interna uel externa ab anima proficiſci poſſit, quin & calor iſte ſimul ſemper & ubiq; non concurrat. Et uiciſſim pariter calor nihil prorſus agat ſeorſum ab anima, cui perpetuò heret, atq; ſubiicitur, Quo fit ut qui alterum proponit, reliquum unquam praetermittat, Quod eſt in cauſa, ut philoſophi ac medici utrunq; ſape confundant, alterum ſine reliquo minime intelligentes, Ad quorum imitationem nos quoq; in hac tractatione de Nutritione faciemus, Quemadmodum Ariſt. etiam in definitione coctionis plane obſeruaſſe uiſus eſt. Qui loquens de cauſa illius effectrice, ſtatuit illam fieri à calore naturali & proprio, Qui animæ ſemper connexus permanens, & in uiribus omnibus ſemper illi coequalis exiſtens, ſeorſum ab anima eſſe non poterit coctionis cauſa. immo ſi Ambo mutuò conferantur, coctio & omnis alia operatio uiuentis corporis animae tribuenda erit, ut agenti magis & abſolute principali. Spiritui uerò ut

Spiritus ab anima eſt ī ſepa.

agenti principali iſtrumentario potius. huius ergo caloris ſolius appellatione Ariſt. animam quoq; ipſam tacitè intellexit. Qua in preſentia preter miſſa, de calore agere inſtitui, ſine cuius cognitio ne uacua manet omnis philoſophia, & ſine illius preſentia ſterilis efficitur omnis Medicina, coctio niſq; Ariſtotelica definitio in antiqua ſua obſcuritate permanebit.

De Calore. Cap. XXII.

CAlore duplici exiſtente Altero cæleſti, reliquo elementali, Uterq; ad coctionem & caetera omnia uitalia opera obeunda neceſſarius eſt, proinde Quae nam ſit Utriuſq; natura, origo, quæ officia, & proprietates, in ſingulis mixtis breui oratione dilucidabo. A uocis tamen explicatione exordiar. Quæ à ſubiecto principali cui primo inſidens, & illius gratia reliquis comunicatur, denominationem accipiens, cæleſtis uocatur; quoniam in cælo proprium ſolium habet, ab illiuſq; natura in agendo regulatur. hic praeterea calor eſſentia non diſtinguitur à ſpiritu cæleſti, quorum ſubiectum etiam principale & origo minime ſeparantur, cum Ambo in cælo & à cælo primo deducantur: Ab ele

Calor 2.

Vocis æquiuocatio.

Differentia calo

ris ſub- *mentali uerò calore toto genere diſtare uidentur,*
ſtantifi- *cum nec natura nec ſubiecto origine aut agendi*
ci ab e- *uiribus. conſentiant, ſed ualde diſtinguantur,*
lemen- *calor enim elementalis, corporea quidem qualitas*
tari. *eſt, at non dum corpus, ut cæleſtis. qui e-*

1.diffe. *tiam ſubſtantia eſt, elementalis uerò accedens,*
2.diffe. *Cuius principale ſubiectum elementum eſt, alte-*
3.diffe. *rius uerò cælum, à quo etiam ſuam ducit ori-*
4.diffe. *ginem, quemadmodum ab elementis elementa*
5.diffe. *lis, Qui deniq. ſuapte natura ſterilis & cor-*

ruptiuus eſt, cæleſtis uerò omni fœcunditate ue luti pregnans, omnia uiuificat & conſeruat ſi ne hoc duplici calore nulla mixtio fieri poteſt, nec facta conſeruari ideo in quolibet mixto u- terq; neceſſariò reperitur, & propriam etiam naturam ſeruat, A Cæleſti quidem ut à Vi- uifico calore uitam & uitalia omnia opera Ac- cepta referrimus. Ab elementali perpetuis alte rationibus & infinitis propemodum calamitati bus ſubiicimur, Ex quorum unione permixtio ne facta, contingit, ut quamdiu pro naturæ le- ge in communi quadam amicitia & citra ap

Vitæ *parentem repugnantiam conſentiunt, tamdiu*
diutur- *etiam uita ſuperſit, quæ pariter couſq; etiam pro*
nitas & *trahi conſueuit, quo ad elementalis calor in ſer*
breu. *uitute detentus patitur à cæleſti regulari & do-*
unde. *minari,*

minari, Ex cuius imperio omnia in corpore uiuente ei obediunt, unde non ſolum uita adeſt, ſed eandem etiam & ſanitas & operationum omnium integritas conſequi ſolent. Quam primum uero calor elementalis nobis perhennis occultusq; hoſtis, manifeſtius pugnam aggreditur, & de humanæ Reip. Dominio cum cæleſti ui taliq; calore digladiatur, corpus huic pugnæ ſubiectum citra moleſtiam illum ſuſtinere minime poteſt. Ut hinc ortum imprimis habeant querellæ dolores & infinita propemodum morborum genera & ſympto. Quorum pugna quam diu perdurat; tamdiu etiam Aduerſa ualetudine ſummo noſtro marore detinemur, & pro Alterius caloris Victoria & dominio, modo ad priſtinam pacem & quietem reuertimur, modo uitam cum morte commutamus. Quod ſane nobis accidit, quam primum elementalis calor uniuerſi corporis prouinciam & annathomiam ita occupauerit, ut fuſo fugato ac omnino expugnato ſibi hoſte, nullam amplius agendi illius facultatem in tali corpore admittat; ſed omni illius ui impedita & ſublata, ipſe ſolus imperat & tirranice dominatur, uitamq; ad interitum perducit. Cuius inteſtini belli euentus ſi cæleſtis caloris robur

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

magis imitetur. Altero inimico ſuperato, uitæ & ſanitatis inſignia reportabit.

De Neceſſitate caloris cæleſtis in Rerũ omnium generatione. Cap. XXIII.

T*Anta autem eſt, propoſiti caloris ſeu ſpiritus non modo utilitas uerum etiam neceſſitas, in generatione rerum omnium, pracipùe uerò in conformando homine ſupramo totius naturæ miraculo; ut ſine huius praeſentia nihil quamuis minimum aut generari, aut iam genitum in ſua propria natura conſeruari aut tantillum conſiſtere poſſit. Conſentiunt enim omnes tum phyloſophi tum Medici,*

homi-nem tri bus cō-poni.

hominem tribus potiſſimum conſtare. Anima uidelicet, ſpiritu, & corpore. Anima eſt ſpiraculum Vitæ, Cuius iſtrumentum corpus eſt, Vtrorumq; uero Vinculum ſpiritus exiſtimatur. Ex

Neceſſi tas triū compo. nentiū. homi-nem.

iis Anima & corpus extrema ſunt, ſpiritus uerò Medium: Corpus enim omnium infimum exiſtens, non ſolum ex elementis conflatum eſt, Verum etiam ex humoribus & partium multiplicitate diuerſitate & contrarietate totum compoſitum eſt; ac preinde non ſolum alterabile uerum etiam corruptibile, ad Motum a-

ctionemq́ omnem per propriam naturam ineptum. Contra uerò Anima ſubſtantia eſt ſimplicisſima, Ab elementis ac eorum natura & conditionibus ualde diſtans, partium omnium multiplicitate diuerſitate & contrarietate carens, ac proinde compoſitionem omnem reſpuens, ſed unica ſimplicisſima æterna & per ſe mobilis exiſtit, Cuius participatione omnia mixta ſunt, uiuunt, ſentiunt, mouentur, intelligunt, & ad actiones omnes ad quas ſunt procreata, impelluntur, & ſecundum illam operantur: Cæterum anima & corpus cum eſſentia & Viribus tam longè diſtent, Naturaq́ patiatur unquam, eiuſmodi extrema ſimul coniungi absq́ medio, hinc orta eſt necesſitas ipſius ſpiritus; qui ſolus propriæ ſuæ naturæ benignitate & quadam cum Vtriſq́ extremis affinitate & familiaritate potens ac ualens eſt, tam diſtantes Naturas coniungere, & omnem illorum diſcordiam ſimul conciliare: Spiritus enim ratione qua ſubſtantia eſt, cum Ambobus extremis conuenientiam habet: Ratione qua corporea, conſentit cum corpore, & ab anima diſtinguitur, ratione qua ſimplicisſimum corpus & tenuisſimum & ethareum eſt, tantam habet cum anima ſimplicitate familiaritatem, Vt ſecun- Plato i thimeo & phædro.

dum Platonicos Anima ullo unquam tempore illum deſerat, ſiue in corpore illa fuerit, ſiue extra corpus, ſed ubiq; & perpetuò eidem coniuncta permanet: Ratione autem qua corporeus eſt, non uſq; adeo à corpore diſtat, ut eidem etiam inſeri nequeat, Eſt ergo ſpiritus corpus, & quaſi non corpus; Anima & quaſi non anima, ob quam cum utriſq; extremis communionem, aptiſſime poteſt corpoream naturam cum incorporea conciliare; puram cum impura, ſimplicem cum compoſita; ſupremam cum infima, æternam deniq; cum corruptibili coniungere. hunc ergo ſpiritum eſſe, Rerum omnium generatio plane affirmat, & earundem ſubſiſtentia ſatis ſuperq; confirmat. Quæ autem & qualis ſit illius natura, ſequens oratio declarabit.

Spiritus Quid ſit. Cap. XXIIII.

Definitio ſpiritus. EST *autem ſpiritus corpus ſimplex æthereum ſedes & uehiculum Animæ, & uirium omnium eius, & in corpore cui ineſt Motionum omnium principium & cauſa.*

Explicatio partium deſin. *Quòd ſpiritus corpus ſimplex ſit, fatentur omnes. hoc autem cum duplex eſſe poſſit elemen*

tale, & cæleſte, conſtat etiam elementale non eſſe, Quia tunc maxime eſſet ignis, qui ſolus ob propriae ſubſtantiae tenuitatem luciditatem & agendi inſignem poteſtatem, natura huius ſpiritus omnium maximè participare uidetur, à quo tamen longè ac multipliciter diſtat, Spiritus n. cæleſtis cum ſupra omnes elementarias Spheras locatus ſit. nec elementum eſt, nec ex elementis ortum habet. praeterea hic ſpiritus nulla primarum qualitatum preditus eſt. agendi tamen poteſtate omnibus præſtat. Accedit quòd ignis ab omni qualitatum commode ratione usq; adeo abeſt, ut ad uitam nullam aptitudinem contineat, quare longe minus eſſe poterit animæ ſedes, ac proinde nec totius Vitæ, ommitto quòd ignis & reliqua elementa ſunt radices primæ corruptionis in unoquoq; mixto, contra calor cæleſtis ut eſt cauſa generationis, eſt pariter uitæ & conſeruationis auctor. Erit igitur ſpiritus corpus ſimplex, non mixtum, quamuis mixtionis cauſa ſit, & in omni mixto reperiatur, Eſt præterea cæleſtis, non elementalis, cum illius naturæ Ampla fæcunditas facile declaret, corpus ſterile non eſſe, ſed undiq; pregnans, nec unius uel alterius actionis cauſa, ſed plurium imò omnium, quoniam totius

Calor cæleſtis nō ē ut calor ignis.

Rat. 1.

Rat. 2.

Rat. 3.

Rat. 4.

animae ac uitae principaliſſimum iſtrumen=tum eſt.

Spiritum eſſe ſedem uehiculum & uinculum animæ. Cap. XXV.

Plato ĩ thimco & phæ-dro.

HIC deinde ſpiritus tantam habet cum anima ſocietatem, ut ex platonis ſententia, non ſolum ipſa tota ſit illi perfuſa, uerum etiam nexu quoddam indiſſolubili. Eidem perpetuo hereat, per eundemq; uires omnes ſuas ſemper & ubiq; mirabiliter exerceat. ut non imerito à platonicis uocetur uehiculum & uirtus animæ, à quibuſdam corpus æthereum dicitur, propter ætheris regionem, à qua naſcitur. per hunc enim Anima inſenſibiliter & latenti quodam modo mirificè operatur, omnia uidens & audiens, tum propinqua, tum quæ longiſſime diſtant, omnia pariter cognoſcit, & intelligit, tum recondita tum preſentia & futura; non tamen omnibus indifferenter hoc euenit, ſed illis ſolum, qui terrenis affectibus ſpoliati, & corpore craſſiore quodammodo derelicto, ſublimius mente ſe attollunt, in propriumq; hoc cœleſte corpus ſe recipiunt, & ſecundum illius proprietates agunt. in tali enim proprio corpore uniuerſa anima rece=

Anima ẽ actus corporis ſpirituoſi quo mirabiles ſui operationes exercet.

pta, uires omnes ſuas iuxta Amplam naturam huius corporis exercet, cuius actiones non ſunt definitæ & limitatæ, ſed procul ob omni termino & fine quacunq; loci ac temporis perſcriptione carent. Hac ratione Referrunt Platonici, quòd Tacitus Magni Mercurii filius cum eſſet paternis ſacris expiationibus optime purgatus, in internumq. hominem conuerſus, exclamando dicere ſolebat, ſe tunc à mortali corpore in immortale tranſlatum eſſe, quo tempore digna admiratione uidebat, audiebat, & intelligebat. Olympiodorus etiam platonicus tradit, Appollonium Tianæum tali ratione conſueuiſſe ex urbe roma, quæ fiebant in ægypto proſpicere, & citra omnem errorem quæcunq; geſta referre: Cornelius quoq; ſacerdos, caſtiſſimus (referrente Aulo Gelio) cum in agro patauino commorraretur, tempore quo pompeius ac Cæſar dimicabant, tempus ordinem totiusq; belli euentum proſpiciebat. Spiritus ergo iſte cœleſtis primum corpus eſt, totius animæ, in quo ut in legitimo ac proprio ſubiecto principaliter reſidet, & per eundem excellenti ac emminenti modo operatur. Qui tandem ſpiritus ſuæ propriae naturæ benignitate animam etiam cum phiſico mortaliq; corpore

coniungit, qui licet per propriam eſſentiam homogeneus & omnino ſibi ſimilis ſit, humanum tamen corpus ingrediens, in illius effigiē neſcio quouis modo ſe transformat, & animam ubiq; diffundens, & in partes omnes deferens, ſingulas illius internas latentesq; uires per uaria & plura organa foras producit, & ſenſibiliter patefacit. Quod ſanè corpus ratione qua mortale & caducum eſt, non niſi mortaliter talem ſpiritum ſuſcipere poteſt, & quamuis quo ad actum primum internasq; & latentes operationes ſempiternus ſit, poenes tamen actum ſecundam manifeſtasq; & externas functiones determinato ac definito tempore in ſenſibili corpore ſubſiſtit & operatur. Cuius organa etiam ſi uaria & multiplicia ſint, corporea eſſentia temperatura conformatione & operandi ratione ualde diuerſa; non propterea natura huius ſpiritus numeroſa compoſitaq; euadit, ſed eandem ſimplicitatem in toto corpore ſemper ſeruans, facultatibus tantum multiplicem ſe oſtendit: Qua tamen omnes in corde modo quodam uniformi & indiſtincto continentur, in quo & per quod uita abſolutè manifeſtatur, quae totius animæ & uniuerſi huius ſpiritus generica & indefinita operatio exiſtimatur,

Spiritus quo ad actū primū eternus quo ad 2. corrup.

matur ; Qui cum in omnibus aquè correſpon deat ipſi animæ , cum illaq; communicet , non ſolum in eſſentia unitate , ſed etiam in multiplici agendi poteſtate , ideo cum ea ipſa ſimul toti corpori adeſt , principaliter tamen & per modum cauſæ in ſubiecto corde potisſimum uiget , ubi uitam ac proinde totius animae operationem ſpiritu mediante ſimpliciter patefacit. à qua communi operatione denominationem ſumens uitalis nuncupatur, in qua re à gal. & Medicis diſſentimus,&cum Ariſt. ſtatuimus , vitam non prodire à determinata animae facultate , ſed ab uniuerſa animae eſſentia ita emanare , ut in ſingulis & ſpecificis operationibus eius tamquàm natura generica reperiatur , de illisq; praedicetur : ſiquidem uegetare ſentire mouere & intelligere ſunt quoddam uiuere. cum omnes uitales operationes ſint, ut uita non aliud ſit quam operationum omnium animae quaedam communio. De qua re plura hic non dicam , cum ex propoſito difuſa oratione tractauerim in libello à me conſcripto de uitali calore. Caeterum ſpiritus iſte uitalis tamquam in primo & communi fonte totius uitae ea ratione reſidet in corde ut, toti etiam corpori communicetur , cuius influxu & parti=

Contra Gal.

Vita ē Totius animæ generica operatio.

cipatione omnes partes uiuunt , & pro uaria diſpoſitione uaria uitæ opera exercet , alibi nu triendo , uel augendo localiter mouendo ſentien do, aut intelligendo , ita ut quot ſunt in cor= pore humano organa corporea, uarias anime po= tentias manifeſtantia, totidem ſint ſpiritus ui= talis differentiæ, eiſdem & præſtantia & nume ro reſpondentes. Quemadmodum etiam Ariſt. de gener. animal. conceptis uerbis explicaſſe ui= ſus eſt , aſſerens quòd animæ potentiæ prout no bilitate & obſcuritate inter ſe differunt , ita & natura huius ſpiritus diuerſa eſt. & ideo ſpiri= tus anime inſeruiens ſecundum infimum ſui gradum, quem habet prebendi corpori ſubſiſten= tiam, ceteris eciam inferior erit , Hoc ipſo uerò paulo preſtantior erit , qui eidem anime inſeruiet ſecundum actum eius uegetandi, adhuc excellen= tior ille erit, ratione cuius eadem anima ſenſum exercet,omnium uerò emminemisſimus cenſendus ille eſt , qui eidem anime inſeruiet ſecundum ſupremum ſui actum , qui intelligendi dicitur.

2.de generatione animal cap.3.

Spiritum eſſe motionum omnium corporis principium & cauſam. Ca. XXVI.

HIC ſpiritus cuius anima actus inſeparabilis eſt, ſicut mixtionis eſt cauſa, ita & functionum omnium, quot quot in corpore & ſingulis partibus fiunt, radix principalis eſt; A quo non modo indiuiduorum omnium generationes pendent, ſingularumq́ partium numerus magnitudo figura ſitus conformatio omnis, ac totius corporis conſenſus & pulchritudo admirando ordine naſcuntur. uerum etiam ſucceſſiua propagatione ſecundum ſpeciem perpetuitatem ab eodem acceptam referimus. Is præterea conſeruationis eſt auctor, cuius uirtute non ſolum generatio perficitur, ſed genita corpora conſeruantur nutriuntur augentur debitasq́ dimenſiones & locorum diſtantias aſſumunt, Ad fineſq; predeſtinatos illo eodem duce mouentur, & perueniunt. hinc coctiones omnes prodeunt, ac proinde aſſimilationes, impuritatumq; omnium ſeparationes, & per conuenientia loca ſtatutis temporibus expulſiones abſoluuntur. Hinc pariter motionum omnium differentiæ, animiq. & corporis mutationes naſcuntur, ſenſationes etiam in uniuerſum, tum manifeſte tum occultæ internæq.

Spiritus eſt cauſa omniũ func.

& externe originem habent: Is tandem utriuſq. naturæ uinculum exiſtens, uiſibile cum inuiſibili coniungit, ſupremum cum infimo conciliat; Quorum unionem quam diu in mortali hoc corpore incolumen ſeruare poterit, tam diu etiam in cauſa erit, ut presenti hac luce fruamur. quamprimum uero, impuritatum proprietate, hoc uitale principium expugnare incipiunt, Aduerſa imprimis ualetudine detinemur, quam ſæpe ulla medici aut medicinæ ope ſuperamus: & huius ſolius caloris robore muniti, præter omnium expectationem uincimus & expugnamus, magnaq; omnium admiratione ueluti à mortuis iterum reuiuiſcimus; Vt non aliunde certè in nobis contingant morborum tempora, coctiones, excrementorum digeſtiones, eorum ſeparationes, expulſiones criſesq; ſalutares, quàm huius ſolius uitalis caloris robore tam magna agendi efficacia inſignito. Vbi uero magis inualeſcente morbo uiolenter ſucumbit, Multa imprimis molitur ac præſtat, ſummoq; conatu uitae conſeruandae gratia omnia tentat, morbi tamen magnitudine oppreſſus ſymptomatumq; uehementia perterritus & ſuperatus, proprii corporis prouinciam & cuſtodiam dimittit ad ſuaq; prima exordia ſummo quietis deſiderio euolat, ubi

Morborum origo.

Tempora morborum materiæ coc. expul. ui huius caloris fieri.

Spiritus à corpore ſeparatus uere uiuit

materiali concretoq; corpore derelicto, & ab illius quantitate qualitate loco & tempore ſolutus, fœliciorem & imortalem uitam aſſequitur. Quo in loco non amplius ætatum diſcrimina patitur, non ſomno uigiliis laboribus cæteriſq; mortalis uitæ conditionibus ſubiectus eſt, ſed in proprium iam regnum reuerſus imortali fœlicitate fruitur. Hunc ſpiritus noſtri ex phyſico corpore eggreſſum cognoſcens etiam hypoc. in libro de dieta inquit, homines arbitrantur quæ hinc abire corrumpi potius uidentur, & ad tenebras orchum & caliginem fæſtinare, ſapientes uerò aliter ſentiunt, relictis tenebris ad lucem & uitam pergere. Spiritus ergo in corpore humano principium erit & cauſa motionum omnium, ſiue ad naturam ſiue ad animam attineant, ac proinde generandi nutriendi augendi localiter mouendi & ſentiendi. Eſt præterea non ſolum functionum, uerum etiam conſtitutionis corporis cauſa, cum illud ſibi fabricet idoneum & accomodatum ad exercendas omnes facultates, quibus inſignitus eſt. Eſtq; cauſa ſecundum triplex cauſæ genus, efficientis formalis & finalis, eſt cauſa efficiens producendo & generando ipſum corpus; eſt formalis, ipſum perficiendo & conſeruando in ſuo naturali ſtatu: Eſt finalis,

Quod uulgus mortē uocat uera eſt uita.

Spiritus eſt cauſa corporis humani in 3. cauſarum genere.

quia ipſum condidiſſe uiſus eſt , ut non ſolum ageret , ſed agendo (quantum eius natura patitur) in auctorem ſuum tamquam ultimum finem circularet & conuerteretur.

De proprietatibus naturam ſpiritus conſequentibus. Cap. XXVII.

Conditiones cœli co munes ſunt huic ſpiritui.

SI Spiritus eſt corpus cœleſte & æthereum, eidem iure competent conditiones & proprietates talis corporis ; ac proinde ratione qua corpus , nec materia ,nec forma erit ambo enim corporum principia potius ſunt , quam de genere corporum. Ratione qua eſt corpus ſimplex. quacumq; compoſitione & partium multiplicitate uaccabit . Ratione qua cœleſtis eſt, nec elementum erit , nec ex elementis naſcens ſed ex altiori loco ortus atq; deductus, à nulla elementali qualitate perſe coinquinatus erit . proindeq; nec calidus frigidus humidus aut ſiccus , Agendi tamen poteſtate adeò efficax,ut citra omnem controuerſiam omnia ſubiecta corpora facile ſuperet . Ratione qua homogeneus, quamcunq; diuerſarum partium compoſitionem reſpuit, Ratione qua omni contrarietate caret, nec magis aut minus ſuſcipiet , nec corruptionis

ſuæ radicem intra ſe continebit; ſed ſibi ipſi ſemper ſimilis, uniformitatem perpetuò ſeruat; ut ab omni corruptionis labe immunis iudicetur ratione qua tenuisſimam ſubſtantiam habet cum ſumma puritate coniunctam, non ſolum clarita=te & luciditate erit omnium maxime ſplendens, uerum etiam agilitate ac mobilitate quaſi momento ſpacia omnia replens, ubiq; aderit.

De natura huius ſpiritus origine ac eius officiis loquens Diuinus poeta ita cecinit. In 6.æneid.

„ Principio coelum ac terras campoſq; liquentes
„ Lucentemq. globum lunæ titaniaq; aſtra
„ Spiritus intus alit totaq; infuſa per artus
„ Mens agitat Mollem, & magno ſe corpore miſcet.
„ Inde hominum poecundumq. genus uitaeq; uolantum.
„ Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus
„ Igneus eſt ille calor, & cæleſtis origo hominibus.

Auic. etiam in trac. de uiribus cordis tantam huius ſpiritus excellentiam contemplatus, ut pote illum, quo noſtrum corpus regitur, & ad omnia munera obeunda impellitur. ſtatuit elementale corpus non eſſe, ſed Cap. 2.

potius cœleſte.

Et hyp. Medicorum omnium facile prin=ceps, in libro de carnibus planè affirmat, quòd calor, quo animal uiuit, ſentit, & mouetur,
„ *immortalis eſt atq; diuinus, Calidum inquit*
„ *quod uocamus, uidetur mihi immortale eſſe,*
„ *& cuncta intelligere uidere & audire &*
„ *ſcire omnia tum preſentia tum futura; Et*
„ *libro rurſus de ueteri Medicina inquit cali*
„ *dum innatum nec putreſcere nec craſſeſere. ut gal. prima aph. interpretando illius aphor. lon*
Aph. 13. *ge abhyp. mente alerret, diſtinguendo de calo=re innato, pro ſubſtantia & qualitate.*

Ariſt. praterea tum alibi tu 2. de gener. animalium, dignitatem & gradus huius calo=
Cap. 3. „ *ris & ſpiritus explicans, omnis inquit, ani=*
„ *mæ poteſtas corpus aliud participare uidetur,*
„ *idq; magis diuinum, quam quæ elementa*
„ *uocantur, & pro ut Animæ obſcuritate &*
„ *nobilitate differunt, ita & natura huius cor=*
„ *poris differt.*

„ *Et Rurſus ſubiungit, Quod ineſt in omnium*
„ *ſemine, quod facit ipſum eſſe foecundum qui*
„ *calor uocatur; iſq. non ignis non talis fa=*
„ *cultas aliqua, ſed ſpiritus qui in eo ſemine*
„ *ſpumoſoq. corpore continetur, reſpondet ele=*

mento

,, mento ſtellarum, rationem ſubiungens inquit. quia ignis nullum animal generat. Et 3. de generatione animal. oſtendens huius caloris neceſſitatem in rerum omnium generatione, & eiuſdem præſentim perhenem in toto mundo elementali, & partibus eius tandem concludit, hunc eſſe in terra in aqua in mixtis omnibus in animatis & animatis, in plantis inquàm animalibus & uniuerſo deniq; ipſo, ut huius talis caloris plena ſint omnia. Eius uerba hæc

Cap. x.

,, ſunt: generantur autem in terra humoreq; ani
,, malia, & plantæ, quoniam humor in ter
,, ra, ſpiritus in humore, calor animalis in uni
,, uerſo ineſt, ita ut quodammodo plena ſint animæ omnia. De hoc ipſo calore loquitur pariter Ariſt. in definitione coctionis propoſitæ, quando ſtatuit eam fieri à calore naturali & proprio, intelligens per calorem naturalem, non caloris qualitatem, quæ eſt purum accidens, & potius iſtrumentum alterius agentis principalioris, quàm quòd ſit coctionis & cæterarum functionum legitimus auctor. nec intelligit ſubiectum huius qualitatis, quia hoc humidum eſt, uel primigenium uel aduentitium. Quorum utrunq; eſt mixtum ex elem. generabile alterabile & corruptioni obnoxium, cuiuſmodi non eſt

Quid intelligat Ariſt. per calorē naturalem.

calor cui ueri agentis natura conuenit, ſed potius eſt huius caloris pabulum in corpore uiuente, à quo dum ſeparatus eſt, non amplius illo indiget. Quare per calorem naturalem non alium intelligere poteſt, quam calorem ſubſtantificum, qui licet in eſſentia unicus ſit, & omnia replens, ſit quaſi omnia in omnibus, pro agentis tamẽ principalis diuerſitate cui inſeruit, & pro ſubiectorum uarietate, quibus ut organis in agendo utitur, uarias denominationes ſuſcipit, imprimis ſi conſideretur in ordine ad deum conditorem ſuum, à quo ut à communiſſimo agente moderatur, diuinus uocabitur, ut uerò corporibus cæleſtibus impartitur, & ſecundum prædeſtinatos motus ſingula mouet, cæleſtis uocabitur, Ut deinde à mundo cæleſti communicatur etiam mundo huic inferiori & elementali dicetur elementalis. Qui Rurſus pro diuerſitate compoſitorum, quibus totus iſte mundus ſenſibilis conſtat, noua adhuc nomina promerebitur: ut imprimis ratione qua per elementorum mixtionem materiale corpus aſſumit, uocetur calor mixti, pro quorum mixtorum multiplicitate, multiplicem pariter denominationem habebit ut in ordine ad lapides & metalla quæ communiter inanimata pronunciantur, calor mixti ſimpliciter dicatur. &

Calor à corpore ſeparatus non eget pabulo.

Caloris tot sũt nomina quot ſubiecta qui bus in eſt.

reſpectu ſubiecti lapidis & metelli, lapideus etiam & metallicus. Reſpectu uerò mixtorum animatorum, & primò uegetabilium, & uegetalis & plantalis denominari poſſit. Vegetalis quidem per animam uegetantem, cui inſeruit, plantalis uerò merito ſubiecti, quo ut organo utitur ad proprias functiones huius animæ edendas; A pari in brutis animalibus animalis, & in homine humanus appellari poterit. Cæterum homo tum ſit mundi huius ſenſibilis finis perfectiuus; in eodem etiam iure deliteſcent totius mundi huius elementalis formæ & animæ gradus, ut propterea tamquàm paruus quidam mundus cum omnibus ſimbolicet, per corpus quidem cum materia prima, per humores cum quatuor elementis, per actum uegetandi cum plantis, per actum ſentiendi cum brutis animantibus, per actum denique intelligendi etiam cum angelis. Qua ratione etiam fit, ut in eodem homine omnes ſpirituum differentiae contineantur, atque iſte differentes ſecundum maiorem & minorem perfectionem, pro diuerſitate ſcilicet facultatum animae, quibus inſeruiunt, quemadmodum ſupra docuimus ſecundum mentem Ariſt. 2. de gener. animal. dicentis, quòd omnis animæ poteſtas corpus a- Ariſt. cap. 3.

liud participat , idq́ magis diuinum quàm quæ elementa uocantur , & pro ut anima obſcuritate & nobilitate diferrunt , ita & natura huius corporis difert , quapropter hic ſpiritus ratione , qua in homine inſeruit facultati cognoſcenti ſenſitiuus uocari poſſit , & merito facultatis motricis motiuus dici poſſit , ut denique famulatur facultati animæ magis infimæ & ſine ulla cognitione agenti , ſed potius quadam naturæ ui Naturalis nuncupabitur , Et de hoc loquitur Ariſt. in definitione concoctionis , quæ licet animae operatio ſit, quia tamen eſt operatio determinata non uoluntaria , ſponte naturae facta , & non cum cognitione , ideo naturalis uocari conſueuit, cui pariter ſpiritus inſeruiens eodem nomine donabitur. Coctio igitur perfectio erit ex oppoſitis paſſiuis facta à calore naturali , qui ſubſtantificus eſt , ad differentiam elementalis , cuius origo eſt à cælo , à quo etiam regulatus cœleſtis dicitur, quemadmodum in homine regulatus à facultate animae infima & naturali , mutato nomine integra manente illius eſſentia naturalis uocabitur . Quòd ſi ulterius progredi uolumus in explicandis tot nominibus huius caloris , non deerunt nouae illius denomi-

nationes inter ceteras ille occurrunt quae capiuntur à ſubiecto humido, quo tamquàm pabulo in mixto utitur, & illius interuentu craſſioribus ſolidioribusq; corporis partibus coniungitur. Tale autem humidum duplex eſt, in homine, aliud primigenium dicitur, quoniam eſt ualde propinquum principijs generationis, & ideo hic calor innatus uocatur, quia immixtione facienda calor iſte primo connaſcitur cum principijs generationis quibus quicunq; propinquiores ſunt, tali etiam innato calore dicuntur magis abundare, ob quàm cauſam Hyppo. ſtatuit pueros plurimum obtinere de hoc innato calore. & proinde etiam plurimum creſcere. & copioſo egere alimento. Idem calor pro ut ſuſceptus erit in humido à principijs generationis remotiori, quia tale humidum & impurius & ſiccius ſemper magis euadit, Adſcititius uocari conſueuit, in quo pariter calor fundatus, adſcititius etiam denominabitur, & rurſus hic calor quicunque fuerit ſi conſiderabitur ratione qua in corde primam ſedem habet, huius uero gratia in reliquas partes corporis diſtribuitur. influentis nomen accipiet. ille idem ut haeret potius & in qualibet parte fixus permanet, illiusq; conſeruationi tantum incumbit, complan.

tatus denominabitur. immo à qualibet etiam parte corporis cui eſt infixus proprium nomen deſumere poteſt; ut ab oſſe oſſeus dici poſſit, à carne carneus, & ſic de aliis. Caeterum quia calor iſte naturalis de ſui natura eſt agens indiferrens & genericum, ut non magis unius quam alterius functionis ſit cauſa, ideo uidendum adhuc ſupereſt, quomodo ab una & eadem caloris natura tanta operationum diuerſitas in eodem humano corpore prodire poſſit.

De Calore complexionali. Cap. XXVIII.

CAlor caeleſtis cum totius animae ſedes communis ſit. & uirium omnium eius uehiculum; de ſui natura eſt agens indiferrens, omnino coequalis ipſi animae, ac proinde quacunque agendi poteſtate faecundus; quam ſimplicem, & excellentem ſui naturam quamdiu ſeruauerit, communis illius operatio non alia erit, quam uita & omne uitae genus; quae ut in communi cauſa & eminenti quodam modo in tali ſpiritu continentur, & citra omnem diuerſitatem & compoſitionem in eodem deliteſcunt. Quam primum uerò diuino decreto materiale

corpus aſſumit & elementa ad mixtionem impellit, ex eorum materiis certa mixtionis menſura coniunctis, determinatam corporis ſubſtantiam conſtituit, & ex eorundem primis qualitatibus talem commoderationem contemperat, ut ex hac determinato corporis eſſentia certis limitibus circumſcripta, & ſpeciali quadam temperatura ad certam conſonantiam deducta, & ſecundum exigentiam dicti caloris in operando ſibi accomodata; generica illius actio limitetur, ad uariosq; & certos uitæ gradus explicandos definitur. Eſt autem hic calor toto genere diſtinctus à priori. cum ille ſit de genere ſubſtantiæ, is uero accidens ſit, ille originem habet à cælo, iſte ab elem. ille eſt in quolibet mixto gens principale, iſte uerò miniſter, ille nec contrarium nec magis & minus ſuſcipit, iſte perpetuis alterationibus ſubiicitur, ille omni poteſtate & fæcunditate refertus eſt, iſte ueluti ſterilis nihil ferrè per ſe agere poteſt niſi ab agente principali motum recipiat, ille ut uiuificus uitæ tuendæ ſemper incumbit. iſte ut mortiferus ſubiecti proprii corruptioni eſt ſemper intentus. Quapropter talis calor non aliud erit quàm qualitas accidentalis mixti ex primis qualitatibus elementorum orta per earum actionem

Definitio caloris conplexionalis.

& paſſionem ad certam communionem reda=
ctis à forma ſubſtantiali, ut illius obeundis
functionibus inſeruiat. Hic autem calor licet
Calor conplexiõalis multiplex. in ſingulo indiuiduo unus ſit, ex unicaq; tempe=
ratura ex parte totius corporis oriatur, par=
tium tamen eius ratione multiplex euadit,
ut cuilibet parti ſua inſit peculiaris complexio
cuius gratia calor ſubſtantificus in eiſdem par=
tibus inplantatus atq; influxus ad determinatas
actiones edendas limitatur. De quo calore com=
plexionali medici omnes plura loquuntur, & gal.
tantum illi tribuere uidetur, ut omnes operatio=
nes mixti ab hoc ipſo calore potisſimum emanare
falsò ubiq; affirmet. Verum quia de utriuſq; ca=
loris eſſentia proprietatibus & officiis in quolibet
mixto alibi ex profeſſo tractaui, & Paulò infra
etiam rurſus in hoc tractatu loquturus ſum, ideò
quantum ad preſens attinet inſtitutum, hec ſatis
erunt. id tamen in preſentia minime pretermitam.
coctionis definitionem ab Ariſt traditam, ex
utriuſq. caloris explicatione lucidisſimam euaſiſſe
cum utriuſq; mentionem in illa fecerit. ſtatuendo
coctionem eſſe perfectionem ex oppoſitis pasſiuis.
factam à calore naturali & proprio, per calo=
rem naturalem intelligens calorem ſubſtantificum,
per proprium uerò intelligit calorem accidenta=
lem

lem ſeu complexionalem; Quorum uterq; ut neceſſarius eſt non ſolum in coctione facienda. ſed in alia quacunq; operatione cælebranda, ita neuter ipſorum ſufficiens eſſe poteſt ſeorſum dicta munera præſtare: Nam calor complexionalis cum ex primis & nudis qualitatibus elementorum naſcatur non poteſt de ſui natura quippiam aliud agere quàm calefacere aperire attenuare fundere reſoluere, & his ſimilia efficere: coquere autem chilificare ſanguificare nutrire augere generare mouere ſentire & huiuſmodi longe præſtantioris agentis officia ſunt. A pari ſi conſideremus calorem & ſubſtantificum, per internam ſuam naturam abſoluteq; conſideratus; eſt agens uniuerſale & indiferrens ad omnes operationes manifeſtandas in quolibet mixto, naturales uidelicet ſenſitrices atq; motrices, ut in ordine ad generationem nutritionem auctionem, & his inſeruientes operationes, coctionem uidelicet expulſionem retentionem & attractionem, quæ omnes ſunt naturales, calor iſte ſubſtantificus dicatur naturalis, qui ſecundum actum primum omni poteſtate præditus eſt, qua omnia propoſita muuera tamquam agens commune abſoluere poteſt. Quo uerò ad actum ſecundum, nullam per ſe ipſum perficere

poteſt, ſed caloris proprij auxilio indiget. Is autem eſt calor complexionalis, qui licet ex communisſimis elementorum qualitatibus originem habeat, mixtionis tamen interuentu proprius fit non modo in ſingulo quoque indiuiduo, ſed etiam in ſingula quaq; illius parte. ut alius ſit calor complexionalis in uentric. alius in hepate alius in cæteris quibus partibus. in his ergo partibus receptus calor naturalis, communis illius agendi facultas. limitatur à propria mixtione uniuſcuiuſque partis à propria inquàm earum ſubſtantia corporea & à calore complexionali proprio unicuique parti. Qua ratione concludendum coctionem fieri non ſolum à calore naturali ut à communi agente, non ſolum à proprio, ſed ab utroq, consequenter à calore naturali & proprio ſimul. Cæterum talis coctio cum naturæ ſit opus ſupremum; non temerè ſed ob aliquem finem fieri debet in corpore humano. At conſtat hunc finem non alium eſſe, quàm reſtauratio deperditi, quae ſi coæquatur diſſolutioni nutritio propriè dicitur; Qua indiuidualis uita conſeruatur; ſi excedat auctio uocatur, qua uia eſt ad nouam generationem, hæc enim fieri nequit abſque ſemine. & hoc generatur ex alimenti redundantia poſt totius nutritionem.

Quæ cauſa finalis coc.

Ex propoſito fine, in quem coctio dirigitur, colliguntur tres differentiæ coctionis, elixatio, aſsatio & maturatio. ex quibus, elixatio & aſſatio diriguntur ad conſeruationem indiuidui, Maturatio uerò ad ſpeciei propagationem. Nam elixatio eſt perfectio ex oppoſitis paſsiuis facta à calore non ſolum naturali & proprio, ſed etiam innato, quo pueri cum plurimum abundent, ideò illorum corpora per elixationem potiſsimum conſeruabuntur. Aſſatio uero eſt perfectio ex oppoſitis paſsiuis facta à calore naturali & proprio; ſed adſcititio quo adultiores cum magis prædit i ſint, ideo à tali calore concoquente aſſando, ea ætas uitam indiuidualem conſeruabit. Maturatio uerò eſt perfectio ex oppoſitis paſsiuis facta pariter à calore naturali & proprio, ſed maturante propter ſpeciei propagationem, Et ſecundum hanc coctionis ſpeciem generatur in corpore ſemen, quod generationis eſt alterum principium. Quæ fuit Ariſt. etiam ſententia in Meteor. Maturatio inquit eſt concoctio quædam, concoctio enim alimenti in ijs quæ circa fructum maturatio dicitur, quoniam ue=

Coctionis ſpecies tres eſſe.

Elixatio qd ſit.

Aſſatio quid ſit.

Maturatio qd ſit.

4. Meteor. 4.

„ rò concoctio perfectio quædam eſt, tunc ma
„ turatio perfecta eſt, quando ſemina quae
„ in eo quod circa fructum poſſunt efficere ta
„ le alterum quale ipſum, etenim in alijs ſic
„ dicimus perfectum: Quod eſt ac ſi dixiſſet maturationem eſſe perfectionem illam, quae ad ſpeciei propagationem dirigitur, At propagatio fit mediante ſemine, ergò ſemen per eam coctionem perficitur, quæ in maturatione conſiſtit. Quod autem elixatio & aſſatio reſpiciant conſeruationem indiuidui, Gal. aperte declarat primo Epid. Vbi hanc ſpecificam coctionem definiens, inquit, illam eſſe conuerſionem alimenti in ſubſtantiam nutriti, Et 2. de fac. naturalibus eandem orationem repetens inquit, coctionem eſſe deductionem illius quod coquitur in ſubſtantiam concoquentis.

1. epide. ſec. 2. com. 44.

De Differentiis coc. à ſubiectis partibus deſumptis. Cap. XXX.

OMnis coctio ſiue ad indiuiduum ſiue ad ſpeciem ordinata ſit, tum in ſubiecto corpore fiat, & non ubiq;, ſed in determinatis partibus; in illis uidelicet, in quibus Alimentum diutius immoratur, & alemq; mu

rationem ſubeat à calore naturali & proprio earum partium, ratione cuius antiquam formam & eiuſdem proprietates amittit, & in nouam ſpeciem cum nouis conditionibus illam conſequentibus transformatur, Atq; hæc tranſmutatio in triplici potiſſimum loco contingat, in uentriculo, Hepate, & ſingulis partibus noſtri corporis. Hinc triplex coctio ortum habet, Ut omnium prima in uentric. cælebretur, quæ chilificatio dicitur, ſecunda huic ſuccedens in hepate fit, & ſanguificatio uocatur poſtrema omnium ea eſt, quæ in ſingula quaq; parte efficitur, in quibus Alimentum uertitur in ſubſtantiam cuiusq; partis, quæ Aſſimilatio nuncupatur. Addunt alii quartam ſpeciem, quæ in teſtibus fit, in quibus ſemen elaboratur pro ſpeciei propagatione: Quæ omnes ſpecies coctionis quamuis in communi ratione coctionis conueniant, cum in qualibet Alimentum nouam ſpeciem acquirat, tum etiam quia huius forma nouæ acquiſitio non ubiq; fit, ſed in determinatis locis, ex iſtis illa ſolum Nutritio dici meretur, quæ in ſolidis partibus abſoluitur, in quibus alimentum aſſimilatur, & actu nutrit. Quæcunq; uerò alia mutatio alimento aduenienś nutritionis & aſſimilationis nomen non

Alim. ĩ tripli ci loco coctionem ex pitur.

mœretur , ſed magis præparationis ad talem aſ ſimilationem , ita ut chilificatio & ſanguifica tio ſint inchoati & imperfecti quidam aſsimi-lationis gradus . De quarum ſingulis coctioni bus acturus à chilificatione exordiar , ut pote ab illa , quæ natura & tempore prior eſt cæ-teris. Nam ex propoſitis coctionibus , Quæ-dam communes ſunt , & partium omnium gratia comparatæ , & in totius corporis uſum factæ,cuiuſmodi ſunt chilificatio & ſanguifica-tio , quædam uerò propriæ ſunt ſecundum quam libet partem & non alterius gratia cælebra-tæ , ueluti eſt ipſa nutritio , in his autem co ctionibus talis eſse uidetur naturæ progreſſus , ut quæ communiores ſunt , ſemper ad proprias ordinentur , quapropter de communibus priori loco agendum occurrit , inter hæc autem cum chilificatio ordinetur ad ſanguificationem , ideò prima omnium explicanda ſanguificatio erit.

De Neceſsitate chilific. & fac. omnium il li inſeruientium. Cap. XXXI.

QVoniam coctio omnis circa alimentum uerſatur , coctionis autem finis ſit nutri-tio ; hæc autem non fiat niſi per ſeparationem

partium diſsimilium , hinc orta eſt facultas expulſtrix coctioni inſeruiens, partium uero diſſimilium expulſio non fit, niſi per ſeparationem à ſimilibus, quæ ſeparatio cum non fiat niſi mediante coctione , ideo orta eſt etiam neceſsitas huius coctionis: Haec deinde coctio ea operatio eſt , quae non fit in inſtanti , ſed in tempore , ideo accedere etiam debet fac. retentrix ipſius alimenti , cum munus ſit tam diu ipſum in parte detinere , donec integre abſoluta ſit coctio. Haec Rurſus Retentio cum ſupponat præſentiam materiæ retinendæ & concoquendæ , Atq; hæc materia nec in corpore naſcatur, nec ſponte deambulet ad locum coctioni deputatum, neceſſarium erat facultatem attrahendi etiam accedere , quæ in parte quacunq; corporis reperiretur ; Haec tamen non eodem modo ubiq; agere debuit , ſed alibi cum ſenſu , alibi ſine ſenſu , Cum ſenſu fit in prima coctione ſecundum os uentriculi , & huiuſmodi attractio dicitur appetentia , citra uerò ſenſum fit in reliquis partibus corporis, utriuſq; autem neceſsitas & neceſſitatis ratio ea eſſe poteſt , Quia ſi ubiq; fieret citra ſenſum homo nunquàm excitaretur ad nouum cibum , quoniam indigentiam & reſtaurationis neceſsitatem non ſentiret . conſequen=

Neceſsitas fac. exp.

Neceſsitas fac. coc.

Neceſsitas attrac.

Attractio 2.

ter tam præſtans naturæ opus cito abſumere
tur & reſolueretur. Nec pariter cum ſenſu
ubiq; fieri debebat, quia homo moleſtam ui=
tam aſſiduè duceret; Accedit pro toto corpore
ſatisfacere poſſe, unicam partem ſentire factam
innanitionem pro reliquis omnibus.. Atqi haec
ea eſſe debuit, quae ipſi ori maximè propin=
qua foret, tamquàm communi ianuae per quam ci
bus pro toto corpore ingreditur, huiuſmodi
autem eſt os uentriculi. Quod iure merito ex
quiſito ſenſu dotatum fuit, & praeterea col
ligantiam magnumq; conſenſum cum cære=
bro habere debuit, mediantibus neruis inſertis
& à ſexto pari prodeuntibus: Siquidem ad
appetentiam faciendam non ſatis eſt totius inna

Appetē tia quo modo fiat.

nitionem praecedere, & ad os uſq; uentriculi,
peruenire, ſed requiritur etiam talem ſuctio=
nis ſenſum in ore uentriculi facti diiudicari;
tamquàm res moleſta & nocitura. Quod iudi
cium fieri nequit à ſenſu aliquo particulari;
ſed ſolum à ſenſu communi in cærebro reſiden
te, Qui ſenſus minime iudicaret niſi prius ex
citaretur & moueretur; excitatur autem ab in
nanitione facta & recepta in ore uentriculi me
diantibus dictis neruis, atq; tunc homo impel
litur ad nouum cibum. Caeterum cum nouus

iſte

iſte cibus homini non hereat, more plantarum quae terrae ſemper afflixe, ex illa aſsiduè at trahunt dultiorem & benigniorem ſuccum median tibus radicibus, ideo cogitur extra ſe illum que rere, & procul etiam inueſtigare, unde orta èſt neceſsitas Alterius facultatis motricis, cuius ope homo poſſet optatum cibum tempore indigen tiae ubiq; locorum quaerere & conſequi, ſed hac poſtrema facultate praetermiſſa, caeterarum explicationem aggredior, & ab animali incipiam.

Neceſsitas fac. motricis.

De Neceſsitate & Natura Appetentiæ animalis. Cap. XXXII.

PRopoſita animalis appetentia tanta eſt pro uita conſeruatione neceſsitas, ut ſine hac nullum natura munus conſequi ualeamus, corporis enim noſtri ſubſtantia aſsiduam diſſolutionem patitur ab internis externiſq. cauſis, primo tamen ſecundum partes extimas, quæ aeri ſunt magis expoſite, quibus innanitis, attractio fit à uicinioribus, qui motus attractionis ſucceſsiue fit & p partē poſt partem, donec ſuctio iſta ad uenas uentriculi perueniat, ratione cuius triſtis sēſario oritur in ore ipſius, à qua internus & communis ſenſus excitatur, ut

ſuſceptam moleſtiam cognoſcat, & cognoſcẽdo ap petentiam inducat.

Appetẽtia animalis q̃d ſit. Eſt autem Animalis appetentia Triſtis ſenſatio ſenſus tactus oris, uentriculi, à totius innanitione facta, communi ſenſu prius excitato, ut ab obiecto conuenienti deperditum reſtauretur. Fame duplici exiſtente, Altera cum ſenſu facta, Altera citra ſenſum, prior fit in ore uentriculi tantum, & Declaratio partiũ defi. propriè uocatur appetentia animalis, ad Alterius differentiam, quae ſine ſenſu fit in reliquis partibus corporis, & ad naturam potius Fames duplex pertinet, & Attractionis nomine ſignificatur. ſenſatio deinde omnis cum ab obiecto fiat, quod eſſe poteſt proportionatum & diſproportionatum, fames ea eſt ſenſatio, quæ fit ab obiecto diſproportionato, ratione cuius non ſolum ſenſatio eſt, ſed triſtis, fit enim fames ob innanitionem, hæc uerò ob alimenti defectum, ut quemadmodum praeſentia alimenti partibus innanitis delectationem infert, ita eiuſdem carentia triſtem ſenſum inducit. Caeterum Triſtis haec ſenſatio, cum affectio quædam ſit ſenſibus omnibus communis, potiſſimum tamen uiget in ſenſu tactus omnium infimo & materiali, ad quem etiam dolor & uoluptas magis attinere uidentur. Cum praeterea Animalis

appetentia maxime afficiat ſenſum tactus, qui in ore uentriculi plurimum uiget; ideo ad caeterorum ſenſuum differentiam dictum fuit, in ſenſu tactus oris uentriculi. Quae quidem ſenſatio ratione qua triſtis, non fit niſi ab obiecto triſtabili, quod cum eſſe poſſit commune & proprium, conſtat à communi potius fieri: quoniam cauſatur ab innanitione totius corporis & uenarum eius, ope naturæ imprimis facta donec ad os uentriculi pertingat: quæ pars non immeritò predita fuit exquiſito ſenſu, ut appetentia non ſolum fieret, ſed facile ſuctionis ſenſus ſentiretur. Hec autem animalis appetentia ut fiat, non ſatis eſt, obiectum triſtabile recipi in ore uentriculi ut in proprio ſenſorio, ſed huius ſuſceptionis dignotio requiritur, ita ut cognoſcatur & apprehendatur ſub ratione mali & triſtabilis. Quæ cognitio cum à proprio ſenſu fieri nequeat, neceſſariò debet concurrere communis, qui in cerebro reſidet, ut hinc pateat, ad quamcunq; particularem ſenſationem tria potiſſimum requiri, in primis ſenſus recipiens. Secundò obiectum, quod recipitur, tertiò receptionis dignotio: In Animali appetentia obiectum quod recipitur, eſt innanitio totius & uenarum omnium uſq; ad os uentriculi perueniens, quod recipit eſt ſenſorium ſenſus tactus oris.

Locus ubi fit appetẽtia animalis.

Ad appetentiam cõcurrere etiam ſenſum commu nem.

Ad cenſationem faciendã 3. requiri.

uentriculi. Quod iudicat de tali receptione est ſenſus communis, ſine cuius iudicio appetentia animalis fieri non poteſt. hinc eſt, quod dormientes non appetunt, etiam ſi adſit ſuctio facta tum in toto corpore, tum in proprio ſenſorio oris uentriculi. & ratio eſt, quia in ſomno communis ſenſus eſt ueluti ligatus, & ociatur, ut per id tempus à proprio ſenſorio innanito excitari minimè poſſit, ut de obiecto triſtabili iudicet, ſicut facere ſolet tempore uigiliarum. immo nec in uigiliis ſemper appetimus, ſi contingat mentem noſtram per id tempus ad maiora occupatam eſſe. ob quam eandem cauſam hoc ipſum contingere etiam ſolet quibuſdam melancolicis, qui aliis obiectis attentiores cum ſint, ſuctionem in ore uentriculi factã non ſentiunt. A pari ego exiſtimo illis contingere, qui ſolo diuino amore uehementer capti, collectis uiribus omnibus in illius contemplationem tantum incumbunt, totiq; adeò occupantur, ut ſubiectorum ſenſuum paſsiones minimè ſentiant, ſed per quandam mentis extaſin in Deum rapti ſecum ſimul atollunt infimas omnes animæ potentias, ut toto ſpiritu & indicibili gaudio ſummæ illius bonitate fruantur, nihil prorſus eorum ſentientes, quæ ad inferiores animæ potentias ſpectant.

Diuina extatis.

ſiue ea delectabilia ſiue triſtabilia extiterint. Ad animalem ergo appetentiam concurrunt facultas tum naturalis tum animalis, ex parte naturalis concurrit partium omnium innanitio & ſuctio facta à cauſis tum internis tum externis, ex parte uerò animalis facultatis concurrunt ſenſus tum particularis, tum communis, ut meritò particularis requiratur ſenſus tactus oris uentriculi recipiendo ſuctionem factam in toto. Accedit preterea ſenſus communis in carebro reſidens, iudicando hanc ſuctionis receptionem in ore uentriculi factam, quam ut malam & minime ſuſtinendam apprehendens, excitat animalem facultatem oris uentriculi mediantibus neruis à ſexto pari prodeuntibus, unde ſtatim animalis appetentia oritur, ratione cuius familiare obiectum optamus, ut derperditum reſtauremus, quod eſt animalis appetentiæ finis. Epilogus.

De Attractione coctioni inſeruiente. Cap. XXXIII.

AD *animalem appetentiam ſuccedit attractio obiecti proportionati, quod in ore primo ruditer præparatur, mox ui facultatis attrahentis in uentriculum trahitur, ut coctionem*

primam experiatur, Quamuis autem animalis appetentia & atractio circa idem obiectum uerſentur, in eo tamen differunt, quia Animalis appetentia cum cognitione fit, attractio uero citra, ſed ſponte naturæ, cuius eſt operatio. præterea diſtinguntur ſubiecto. quia animalis appetentia eſt functio ſolius oris uentriculi, Attractio autem in quacunq; corporis parte fit. de qua hoc loco agere propoſitum eſt, principaliter tamen de illa quæ ad chilificationem ordinatur cuius Natura tali oratione continetur: ut Attractio ſit Motio fibrarum rectarum uentriculi attrahentis idoneum alimentum mediante calore naturali & proprio, chilificationis & reſtaurationis gratia facta. cuius definitionis partes ſi innotuerint, uniuerſa definitio clareſcet.

Differentia animalis appet. ab attractione.

1. differ.

2. differ.

Attractio q̄d ſit.

Attractionem eſſe motionem ad obiectum ſimile. Cap. XXXIIII.

Explicatio partium defi·

OPeratio omnis uel in motu fit, uel potius in quiete perficitur, Attractio ea eſt naturæ operatio, quæ cum motu fit; ad differentiam chilificationis, quæ in quiete abſoluitur. Motio autem omnis cum alicuius ſubiecti mo

bilis ſit , Attractionis obiectum non aliud eſt, quam Alimentum , quod ratione qua ſimile eſt cum nutrito , citra reſiſtentiam attractioni ſubiicitur ; ſicut .n. ratione disſimilitudinis & contrarietatis expulſio fit , ita ratione amicitiæ in qualibet parte corporis attractio exercetur . Non ſecus ac contigit demagnete quæ ſimilitudinis ratione quam cum ferro habet, ex debita diſtantia ad ſe trahit , fruſtrari autem ſolet tali facultate quoties allio perfricatur. quod contingit , quia propria mixtio allii aduerſatur facultati attrahenti , ratione cuius contrarietatis impeditur actio illa propria magneris in trahendo ferrum. A pari medicamenta & uenena ob eandem diſſimilitudinem & contrarietatem quam in propria mixtione retinent, contra facultatem attractricem partium corporis , ſi alicui exhibita fuerint , non ſolum a membris attrahi non patientur ſed ratione cuiuſdam odii & inimicitiæ nauſeam promouent, ut omni conatu extra propelli ſoleant. Quorum expulſio (ſi natura nimis oppreſſa) fieri non poſſit , tunc intus detenta uel naturam perturbabunt , ut inde ſubſequatur humorum uacuatio, uel ob inſignem inimicitiam & ualentem actiuitatem corpus uniuerſum in propriam

naturam tranſmutabunt. Hec autem Attractio cum operatio ſit non ſolum materialis, ſed in hoc genere omnium infima, iure non ſolum uerſabitur circa obiectum materiale, quale eſt alimentum, ſed agendo etiam conſimili ſubiecto innitetur, & huiuſmodi eſt uentriculus, eo autem natura utitur ſecundum fibras rectas, quæ propria ſunt attrahendi iſtrumenta. id uero, quod mouet hanc facultatem, non aliud eſt, quàm priuatio proprii obiecti, Cuius deinde acquiſitione illa facultas perficitur, & corporis innanitio repletione tollitur. Quæcunq; .n. motu predita ſunt, ſemper potentiā includunt ad terminum ſui motus, talis autem potentia nil aliud eſt, quam carentia proprii obiecti ad quod eſt in potentia, & mediante motu eſt acquiſibile, per cuius acquiſitionem potentia illa actuatur & perficitur. Nec ob aliam cauſam materia prima perpetuæ tranſmutationi ſubiicitur, niſi quia omni forma denudata eſt, cum potentia tamen ad quamcunq;, quae etiam huic motui tamdiù ſubiecta erit, quoad illius immenſa potentia tota fuerit actuata: ita cætera omnia quæcunq; prædita ſunt inferioribus & imperfectioribus formis, potentiam includunt ad præſtantiores formæ gradus ſuſcipiendos, A pari ineſt cuilibet parti corporis facultas attra-

Attractionē in uentric. fieri ſecundum fibras rectas.

Priuationem cauſare appetitum.

Omnis potētia à proprio obiecto pficitur.

ctrix,

ctrix, quae proprio, & familiari obiecto carens, mouetur ad conſimilis attractionem, ut illo attracto fruatur actuetur & perficiatur. In nanito igitur uentriculo facultas illius attra=ctrix ſentiens ſe priuatam obiecto familiari, mouetur in actum ſecundum, cui motui & at=tractioni conſentiens alimentum, dum preſens eſt, facultati trahenti coniungitur, ut motionis termino acquiſito, ſtatim ceſſet attractio, Non ſecus ac de magnete contingit, quæ poſt ferri attractionem & cum ipſo unionem, eo fruitur, nec amplius trahit illud.

De duplici Attractione Ventriculi Cap. XXXV.

ATtractio quæ in uentriculo fit, duplex eſt, altera communis, ad chilificatio=nem & totius nutritionem ordinata, & hæc fit cum motu mediantibus fibris rectis, uerſa turq; circa futurum alimentum, quod ex ore primum attrahitur à uentriculo mediante æſophago, ut in fundo illius coctionem ſubeat, & in chilum uertatur. & de hac loqui fuimus hucuſq;. Altera uerò eſt propria ſecun=dum unamquamq; partem uentriculi facta, & *(Attrac. uentric. duplex communis & priuata)*

hac ſit gratia conſeruationis ſui ipſius, ſubſequiturq́ ad chilificationem, ex cuius materia cum uentriculus nutriatur, proinde uerſabitur circa alim. quod actu nutrit, & abſq́ aliqua motione perficitur. ſi uerò ſermo fuerit de attractione extra uentriculum facta, haec multiplex erit, ut quot ſunt in uniuerſo corpore partes, totidem in illis attractiones reperiantur. A natura enim tributum eſt cuilibet parti, ut l. ſui ipſius cuſtodiæ ſemper incumbat, cuſtoditur autem quando propriæ innanitioni occurrit, attrahendo proprium alimentum. Quarum attractionum numerum ſi cognoſcere cupimus, habere cum poterimus ex notione finis, in quem attractio qualibet ordinatur; ſit autem attractio alimenti, propter concoctionem & ſubſequentem nutritionē. At concoctio triplex eſt, & cuilibet ſua correſpondet attractio. qua propter Attractio triplex erit, prima eſt ipſius uentriculi chilificationi inſeruiens, Alia heparis, que famulatur ſanguificationi 3. eſt ceterarum omnium partium corporis, inſeruiens illarum aſsimilationi & nutritioni. hec deinde ſubdiuidi poſſet in tot differentias quot ſunt partes, quæ nutriuntur, quarum cuilibet ſua inſeruit attractio; Multiplici autem exiſtente Attractrice, qualibet ſit citra

Attractio triplex.

confuſionem, ſed cum ordine, qui reſpondet innanitioni ipſarum partium. Conſtat autem quòd corpus noſtrum cum externo aeri expoſitum ſit, Ab eodem primo ſuæ propriæ ſubſtantiæ diſſolutionem pariter ſecundum dictas partes externas, quibus ita innanitis à uicinioribus attrahunt, & ita ſucceſsiue progreditur talis ſuctio, donec mediantibus uenis, ad hepar uſq. perueniat, quo pariter innanito, & ipſum per inſitam quam retinet attrahendi uim, à propinquis attrahit, à uentriculo uidelicet mediantibus uenis meſeraicis, Quo tandem innanito, ipſe quoq; propriæ conſeruationi intentus, alimentum attrahit ab ore, ubi non inueniens præſentiam proprii obiecti, attrahit ordine retrogrado à uicinioribus, quæ tamen cum propriæ ſaluti incumbant, non admittunt in ſui pernitiem fieri attractionem ſucci alimentalis, ſed ſi quæ fuerit in uentriculo pituitoſa & excrementitia materia, in illam aget extenuando in uapores, & ſenſim abſumendo, quod in cauſa eſſe ſolet, ut eſurientes niſi comedant, ſentiant uentriculum flatibus repleri.

De cauſa effectrice Attractionis. Cap. XXXVI.

Attractio nō niſi ab obiecto ſimili mouetur.

ATtractio proprii & familiaris alimenti cum ſit ſperifica proprietas mixti ratione qua praditum eſt anima uegetali, ſoli omni & ſemper competit, ac proinde, contrarium & diſſimile obiectum attrahere ullo modo poterit. Non ſecus ac de plantis contingit, quæ propriæ conſeruationi ſemper intente, ex terra trahunt ſolum ſuccos alimentales iu quorum defectu, non propterea peregrinos ſubſtituunt, ſed potius arreſcunt. quemadmodum etiam de magnete contingit, cuiuſ ſpecifica proprietas cum ſit attrahere forrum ut obiectum ſimile, alienum nunquam attrahet, ſic etiam ſuccinum non attrahit niſi paleam, aliud uerò quodcunq; obiectum tamquàm diſſimile relinquit. A pari pars quelibet corporis, propriæ conſeruationi ſemper occuppata, primo & per ſe non poteſt niſi alimentum attrahere, tamquàm obiectum ſibi ſimile, excrementitios uerò & prauos humores ut diſſimiles uel contrarios, & reſtaurationi minime conuenicntes dimittit, ut proprii pabuli defectu abſumantur potius & corrumpantur. Dixi autem, primo & per ſe, fieri ſemper attractionem

Obiectum diſſimile per accidens attrahi poſſe.

obiecti ſimilis, quia per accidens & ſecundariò non inconuenit attractionem fieri etiam diſsimilium, cum .n. in quolibet alimento ſemper ſit ꝑmixtum excrementum, fieri omnino non poteſt ut dum attrahitur alimentum, ſimul etiam non attrahatur excrementum, quod contingit ratione dictæ permixtionis obiecti disſimilis cum obiecto ſimili. hinc eſt, quòd hepar attrahet à uentriculo non ſolum portionem alimentalem aptam in ſanguinem uerti, ſed ratione permixtionis ſimul etiam attrahit aliquam portionem excrementitiam , quæ in ſecunda iſta coctione in hepate facta, ſolet ſeparari: ut hinc ortum habeant flaua bilis melancholia & ſeroſa humiditas: ſimiliter in hac ſecunda coctione fieri non poteſt iam exquiſita ſeparatio dictorum excrementorum, quin eorum quicppiam non remaneat cum cæteris humoribus alimentalibus, cuius rei euidens indicium hoc eſt, quod in 3. etiam coctione ſeparantur ſua excrementa. At ſi pars inutilis & nutritioni inepta ſeparata ſit ab alimentali , ſolius portionis alimentalis attractio fiet, ullo autem modo partis excrementitiæ, hinc eſt quod tempore indigentiæ alimenti hepar numquàm attrahet ab inteſtinis excrementa iam ſeparata à chilo, nec uenæ unquam attrahent bilem

ſeparatam à ſanguine quemadmodum etiam. magnes nunquam attrahet plumbum ſeparatum à ferro. at illi permixtum attrahere poterit, ſed per accidens & præter ſuæ propriæ naturæ intentionem, eadem ſit ratio de plantis, quæ per inſitam & ſpecificam uim ex terra non attrahunt niſi ſuccos dulces benignos & ſibi affines, aliorum tamen permixtionis ratione, alienos etiam ex accidenti attrahere poterunt. fit autem hec attractio obiecti ſimilis à calore naturali & proprio partis ideſt à calore tum ſubſtantifico, tum complexionali, ſed à calore naturali ut ab agente principali, in quo non ſolum deliteſcit hæc ſpecifica uis attrahendi alimoniam, ſed alia quæcunq; facultas, in uentriculo tamen & alia quacunq; parte determinatur ad ſpecificam operationê à propria mixtione à propria eſſentia illius partis, ubi operatur, & eiuſdem peculiari temperatura, quod ſignificauimus per calorem proprium, is enim ſolus præditus eſt tantum ui calefaciendi attenuandi aperiendi, &c. chilificandi uero nequaquàm ſed hoc pertinet ad calorem ſubſtantificum & naturalem; non tamen ſeorſum à calore proprio.

R*Etentio eſt actio facultatis retentricis circa alimentum in uentriculo tamdiu detentum mediantibus fibris obliquis donec chilificationi coequatur ad quam primo eſt ordinata. Quæ oratio cum ex dictis ſatis ſuperq; elluceſcat maiori declaratione egere non uidetur, Modus ſolum, quo retentio fit, explicādus occurrit, conſtat n. quod retentio hec uentriculi innititur fibris obliquis quarum ui cibus attractus ita conſtringitur ab uniuerſa uentriculi capacitate, ut omni ex parte illi hereat, & uicisſim alimentum ipſi uentriculo, nihil innane relinquens inter internum uentriculi ſpacium & ipſum cibum, Quo etiam tempore uterq; meatus uentriculi ſupernus & infernus adeò clauſus manet, ut nihil alimenti quantumuis liquidisſimi ſ oras dilabi retentrix permittat, donec integra chilificatio ſubſequuta non fuerit: Quod cum contingit certisſimum argumentum eſt, hunc uentriculum inculpata ualetudine frui, unde fit ut quamdiu talis coctio caelebratur, nec inflationes nec fluctuationes, interni rugitus uel eructationes ſentiantur. ſed caloris interni ui & robore, pars omnis uaporoſa in halitum inſenſibiliter reſoluitur. Ubi uerò ingeſti*

Definitio.

2. de fac. naturalibus.

3. de symp. diffe. 4

3. de symp. cauſis 2.

Quæ ſit bona chilific.

Quæ ſit leſa chilific.

cibi comprehenſio aliter fit quam pro natura mo-do conueniat, huic coctioni leſio aliqua accidit, quod contingere ſolet uel facultate uêtriculi labefa ctatâ, uel ab externis erroribus impedita, Quo tempore non ſolum copioſi flatus erumpunt, uerum etiam aperto altero meatu materia chi-lificationi ſubiecta expellitur ante abſolutum coctionis tempus, modò per ſuperiora modò per in-feriora nonnunquàm etiam perutramq; uiam, ex-pultrice fac. tunc temporis uel copia ingeſti cibi nimis aggrauata, uel à praua eiuſdem qualitate irritata. huius deinde facultatis differrentias & earum ordinem conſulto pretermitto, cum toti-dem pariter & ipſæ ſint, quot ſunt in corpore partes, & eodem ſimiliter ordine fiant, ſicut de Attractione dictum eſt. Quare ad chilificatio-nem deſcendo.

De Chilificatione. Cap. XXXVIII.

CHilificatio prima coctio eſt, quæ in uen-tric. fit totius humanæ uitæ præcipuum fun damentum. Hæc dum integritatem ſeruat ma gnam ſalutis ſpem nobis pollicetur, quemadmo dum ſi diminuta uel deprauata fuerit, uiam nobis parat ad ægritudines uel ad mortem,

præ

præſerti cum illius errores à ſubſequẽtibus coctioni bus corrigi minime poſſint; Quæ igitur ſit huius co ctionis natura cognoſcere oportet. imprimis autem Aduertẽdum, coctionẽ hanc uẽtriculi duplicem eſſe priuatam & publicam priuata ea eſt, quæ fit gracia ſui ipſius conſeruationis, & hanc primariò intendit uentriculus, per eandemq; conuenit cum cæteris partibus corporis.quibus omnibus inſitum à natura eſt, ut quicquid agunt & moliantur, primò agant propter ſe, ſecundò autem propter alias partes, quae coctio uentriculi non diſtinguitur ab aſſimilatione, quae fit in ſingulis aliis partibus, ideo hanc in præſentia conſultò prætermitam; quia in ſermone de tertia coctione ex propoſito agam. Publica uerò ea eſt quæ, in eodem uentriculo fit, ſed totius conſeruandi gratia; & chilificatio proprié dicitur, Cuius tres ſunt partes, prima conſiſtit in rudiori quadam præparatione alimenti, quam in ore recipit, cui ſuccedit ſecunda pars, quae eſt ipſa coctio, ratione cuius alimentum in nouam ſpeciem & formam tranſmutatur, & fit in fundo ipſius uentriculi, de qua potisſimum hoc loco agendum eſt. Hanc tertio loco ſequitur integra huius coctionis abſolutio, que in inteſtinis perficitur, in quibus

Coctio uentriculi duplex eſt publica & priuata.

Chilificatio tribus partibus perficitur.

ſeparatio fit craſſiorum excrementorum ab ipſo alimento. Cuius definitio talis aſſignari poteſt: ut Chilificatio ſit traſmutatio alimenti in chilum, facta in fundo uentriculi, nullis adiuta uillis, ſed ſolius caloris naturalis, & proprii ui, cui inſeruiunt rudis preparatio in ore precedens, & integra abſolutio in inteſtinis ſuccedens, propter reſtaurationem deperditi.

Definitio chilific.

Chilificationem eſſe tranſmutationem alimenti in chilum. Cap. XXXVIIII.

Explicatio partium definitionis.

Alimentum in uentriculo receptum ſi in chilum uerti debet, conſequenter propriam formam ammittere, & nouam induere, neceſſarium eſt hoc fieri per tranſmutationem, ratione cuius Alimentum non ſolum nouam ſpeciem acquirat, uerum etiam noua accidentia & proprietates, Quod cum fieri nequeat, niſi ante omnia corrumpatur illius antiqua ſpecies cum propriis conditionibus in colore ſcilicet odore ſapore & ſimilibus. atq. huiuſmodi corruptio non fiat citra trãſmutationem, iure chilificationis generica natura in tranſmutatione conſiſtet. Praeterea haec tranſmutatio cum motus quidam ſit, & omnis motus preter ſubiectum mobile, habeat etiam princi-

Tranſmutatio eſt genus chilific.

pium, unde motus; & terminum ad quem mo uetur, magnitudinem ſuper qua fit motus, & tempus etiam quo menſuratur talis motus, ideo chilificatio ratione qua tranſmutatio eſt, omnia propoſita continere debet, ut ex parte mobilis imprimis occurrat alimentum, ut pote illud quod ratione ſimilitudinis patitur traſmutari Ad differentiam ueneni & medic. quæ ob contrarietatem & diſſimilitudinem, non ſunt ſubiecta tranſmutationis in chilum, ſed potius agendo in corpus ipſum, alterant, & corrumpunt. Dum autem Alimentum tranſmutatur in nouam ſpeciem. Termi nus huius tranſmutationis uel aſſimilatio eſt nutrientis cum nutrito, & propriè uocatur nutritio, in qua alimentum actu nutrit, & huiuſmodi tranſmutatio locum habet in tertia coctione, uel terminus eſt imperfectus quidam aſſimilationis gradus, qui ſi nutritioni proximus fuerit, ſanguiſicatio erit. quæ tranſmutatio fit in 2. coctione. ſi adhuc paulò remmotior fuerit, chilificatio : erit huic n. coctioni ſubiecta materia priuſquam nu triat, oportet ut in hepate uertatur in ſanguinem, is deinde per nouam coctionem quam acquirit in ceteris partibus, illis tandem aſſimilatur, & euadit ipſa met ſubſtantia partis. Chilificatio ergo eſt tranſmutatio Alimenti in chilum.

Alim. eſt ĩ potentia paſſiua.

Venena & medic. sũt ĩ potentia actiua.

Terminus primæ coctionis.

3. de fac. natur. *huius uerò transmutationis initium in ore habetur, ubi alimentum primò acceptum rudem quandam præparationem recipit, ratione cuius à propria ſua natura diſcedens mutat conſiſtentiam colorem odorem ſaporem & facultatem, ut Auic. etiam teſtetur*, 1. fen cap. de humoribus. *quod triticum ore maſticatum quandam uim maturandi acquirat, quam non habebat ante maſticationem, argumentum ſanè euidens, quod in ore alteretur & rudi quodam modò præparatur, ut in chilum uertatur.*

Chilificationem fieri in fundo uentric.
Cap. XXXX.

TErminus, ad quem mouetur alimentum in ore ruditer præparatum, eſt Ventriculus ſecundum eam partem, qua fundus dicitur. Nec immeritò; chilificatio enim cum coctio quadam ſit; & coctio in quiete potius quam in motu fiat, nec alibi inuentriculo quieſcere melius poſſit quam infundo, iure talis pars erit huius primæ coctionis terminus, 3. de loc. affec. Rat. 1. *Accedit quod pars iſta uentriculi cum cæteris ſui partibus carnoſior ſit*, Rat. 2. *rationi conſentaneum uidetur ut calori copioſiori prædita ſit, ac proinde*

in hac ipſa parte longe melius ac perfectius ci= bus ingeſtus alteretur & in chilum uertatur ob hanc eandem cauſam exiſtimandum eſt, quod aues, & gallinæ longe duriores materias in pro prio uentriculo alterant & conficiunt, quam homo facere poſſit, à natura enim obtinuerunt uentriculum craſſiorem & ſolidiorem, ac pro= inde calidiorem, ut pleraq; Auiculæ lapillos ſuperare uideantur, & de gallinis refferunt, quod aurum etiam imutant, & quod aurum liquifactum & ab, oſſibus gallinarum receptum, totum in illaabſumatur. Adiuuatur magis hæc prima coctio, & à ſitu ubi locatur uentric. & à circumiacentibus membris. A ſitu qui= dem quoniam uenrriculus non fuit locatus in externa parte corporis, nempe in ſuperficie, ſed intra, immo in centro ipſius corporis. Nam cum uerticulus ſit organum primæ coctionis, conſequenter uerſans circa alimentum adhuc ru de & ſolidum, eguit etiam copioſiori calore, qualis potiſſimum eſt in centro corporis & in eo potiſſimum loco, ratione cuius à circunia cen= tibus etiam membris foueri poſſet, ut ſecundum partem dextram fomentum habeat ab hepa= te, à quo ueluti à manu tegitur, ſecundum partem ſiniſtram à liene mediantibus arteriis.

Plin. de naturali hiſt. l. 29. cap. 4.

Quæ ad iuuent chilificationē

quibus tale uiſcus reſſertum conſpicitur. Secundum partem anteriorem ab omento mediantibus uenis & artereis, quibus hec pars prædita eſt. A parte poſteriori auxilium habet à magna arteria.

Magnitudo ſuper qua mobile mouetur.

Ceterum quia fundus uentriculi longe diſtat ab ore, totum illud ſpatium, quod interiacet inter ipſum & os, uia erit ſuper qua mobile mouetur, huiusmodi autem eſt æſophagus ſeu gula, per hanc enim ueluti per mannum deffertur cibus ab ore in ipſum uentriculi fundum, Debuit autem interiacere hec pars, quoniam membra ſpiritualia propter reſpirationem & aeris attractionem condita prope os eſſe debebant, Quæ Reſpiratio cum ad uitam conſeruandam omnium maximè neceſſaria ſit, liberè etiam & citra aliquod impedimentum fieri debebat, Eiuſmodi autem fieri minimè potuiſſet, ſi os uentriculi immediate coniunctum eſſet cum ore, quia repleto uentriculo cibo & potu, impedimento fuiſſet pulmonibus comprimendo illos, & anhelitum impediendo, quàm ob cauſam natura optimo conſilio interpoſuit oeſophagum, ſecus in piſcibus factum fuit, qui reſpiratione carentes ac proinde pulmonibus uentriculum obtinuerunt continnum ipſi ori.

Integram chiliſicationem abſolui in inteſtinis. Cap. XXXXI.

QVemadmodum Rudis preparatio cibi in ore facta chiliſicationem praceſsit, ita poſt chiliſicationem, quæ in fundo uentriculi fit, ſua ſequitur integra abſolutio, hec autem fit, quando poſt peractam coctionem ſuccedit etiam ſeparatio partium inutilium pro nutritione, ad quod munus peragendum natura ſibi fabricauit inteſtina, quæ tamen principaliter facta ſunt gra=cia diſtributionis chili geniti in uentriculo in ue=nas ipſas, quæ mediante meſenterio continuatio=nem habent cum dictis inteſtinis: Ab his.n. & p has attrahitur melior portio chili, quæ in hepatis noua officina recepta, apta eſt in ſanguinem uerti, pars uerò terreſtrior & excrementitia nu=tritioniq. inepta in inteſtinis permanet, & per longum eorum tranſitum in aluum deffertur, in quo itinere inteſtina p innatã, quã habẽt alterãdi & coquendi uim, aſsiduæ agunt in talem materiam, ut & ipſa meliori eius parte nutriantur, & conſeruentur, Reliquum uero quod in inteſtinis relinquitur, nutritioni omnino inutile eſt, & per aluum eiicitur. Quæ officia delationis & diſtributionis proprie nutritionis &

3. pars chilific. abſolui tur in inteſtinis.

4. de uſu partium. 17.

receptionis excrementorum, ut inteſtina abſolvere poſſent, natura illa ſibi iure fabricauit continua cum fundo uentriculi, ſecundum quam partem meatum etiam fecit, quem pilſorum uocant, & hunc ſupernè anguſtiorem, ut per eum chilus exire poſſet in inteſtina. Qui cum ex præcedenti coctione, fluidior & tenuior factus ſit, quam eſſet, dum in ore ruditer tantum præparatus erat, ideò fluxioni ipſius in inteſtina ſuffecit meatus ille priori anguſtior. Tempus uerò quo menſuratur uniuerſus hic motus chilificationis, conſequenter prima coctio, certam & præſcriptam menſuram in quolibet individuo non habet, ſed pro caloris maiori & minori robore, pro ciborum copia & innopia, pro ſubſtantiæ diuerſitate qualitate ordine & præparandi ratione, modo tardius modò cicitas perfici poteſt, communiter tamen ſanis corporibus ſolet hæc coctio ſeptem horis perfici quo tempore appetentia ad nouum cibum non excitatur, ad quod fauet etiam inteſtinorum conformatio quae recta non eſt ſed uariis inuolutionibus configurata ut receptus chilus tamdiu detineri poſſet quo ad omnis ſuctio partis alimentalis peracta ſit, quae ſi recta eſſent chilus citius quam par ſit in aluum deſcenderet, qua

Tẽpus quo perficitur chilific.

Gal. 5. aph. 5.

ratione

ratione uel nutritio congrue non fieret, uel aſſi=
duè cogeremur nouum alimentum aſſumere, ut
Ariſt. 3. de partibus animalium dicat, quod
animalia quæ recta habent inteſtina & magis
appetant & cæteris uoraciora ſint:

De cauſa efficiente Chilificationis. Cap. XXXXII.

CHilus cum naturæ opus bonum ſit, bo=
nam actionem ſequi debet, hac deinde fa
cultatem integram, Quæ cum materialis ſit,
agendo, ſubiecto corporeo inniti debet, herere
autem tali ſubiecto non poteſt, abſq; medio ſpi
ritu & calore cui anima & omnis eius facul
tas perpetuò inſunt, ut hinc colligendum ſit, chi
lificationem eam eſſe operationem, quæ non pro
dit à ſolo uentriculo, non à facultate animæ
tantum, nec à ſpiritu ſeorſum ab aliis, ſed
ab iis omnibus ſimul. Quod euidentius patebit
ſi circa ſingula diſcurram, imprimisq; oſten=
dero, chilificationem ſolius animæ opus eſſe non
poſſe: Quandoquidem anima cum actus ſim=
pliciſſimus ſit, carens omni partium diuerſitate
multiplicitate & compoſitione, quamuis pluri=
bus facultatibus predita ſit, nutriendi generan

Chilific. proadire à toto mixto.

Chilific. non eſſe operationem ſolius. animæ

di augendi ſentiendi mouendi & ſimilibus, iſte tamen uires omnes in animae eßentia ita communicant, ut ab illa re ipſa minimè diſtinguantur, ſed ut in ſua cauſa modo ſimplici continentur, ſolaq; ratione diſtinguentur, Qua ratione anima per internam ſuam naturam conſiderata, non magis cauſa erit uegetandi quam ſentiendi uel mouendi, ſed ut ſubſtantia unica & ſimplex, agens erit indifferens ad quamcunq; operationem, quarum nullam per ſe ipſam foras & extra ſe profert & ſeparat, ſed in illius naturæ ſimplicitate citra omnem diuerſitatem omnes continentur, ut effectus in ſua cauſa, & numeri omnes in ſua unitate. Chilificatio ergo non erit ſolius animæ operatio.

chiliſific. nõ prodire à ſolo ſpiritu.

Quò uero ad ſpiritum huius magna eſt neceſſitas tum in generatione uniuſcuiusq; indiuidui, tum magis in obeundis functionibus omnibus, quandoquidem anima perpetuò illi copulata manet, & illius interuentu corpori etiam coniungitur; & eodem mediante ubiq; reperitur & operatur, quorum tanta eſt in omnibus affinitas, ut uni eſſentiæ animæ unica eßentia ſpiritus & agendi potentia correſpondeat; huic.n. anima tota perfuſa & æquè recepta ea ratione ſe illi accommodat, ut omni poteſtate ple-

nus facile poſsit omnibus explendis uiribus eius ſatisfacere, ſed citra omnem agendi diuerſitatem, Et quemadmodum eadem anima per internam ſuam naturam eſt agens indifferens, ita etiam ſpiritus cui ipſa inheret, non erit illius inſtrumentum ad chilificandum magis quam ad ſanguificàndum, ſentiendum uel mouendum, ſed modo quodam indefinito ad omnia animae munera aptitudinem ſeruabit: Si igitur anima & ſpiritus omni agendi poteſtate ita pollent, ut illis non magis tribuenda ſit una quam altera actio, ſed ad quamlibet indifferenter ſe habent, ac proinde chilificatio, quae determinata operatio eſt, ad animam aut ſpiritum ſeorſum refferri minime poſsit. Reliquum eſt ut uideamus nunquid corpori ipſius uentriculi ut proprio agenti competere poſsit Hoc autem nobis innoteſcet, ex agentis natura contemplata, cuius proprietates, & conditiones ſi conſideremus, ſatis ſuperq; conſtabit, omnium minime hanc chilificationem corpori uentriculi tribui poſſe ſicut antea abunde explicauimus de nutritione loquentes. Et quod diximus de corpore, eadem ratio ſit de corporeis affectionibus, Quae igitur eſſe poſsit uera & legitima cauſa chilificationis Nunc expedamus

Chilific. non prodire à ſolo corpore uentric.

Chilificationem prodire à tota ſubſtantiã mixti. Cap. XXXXIII.

SI chilificatio non fit ab anima, nec à ſpiritu ſeorſum à corpore, cum hac ratione agentia in deffinita ſint, nec à corpore uel corporeis affe=ctionibus, cum hæc per ſe non agant, niſi ali=unde uim agendi recipiant, atq; præter hæc tria nil aliud in humano indiuiduo reperiatur, cui talis actio conuenire poſſit, fateri cogimur ta=lem operationem & quamcunq; aliam, quæ in uiuente corpore fit, neceſſariò prodire debere à toto mixto ſecundum determinatam mixtionem partium eius, itaq; chilificatio prodibit a uentricu=lo prout eſt organum aīæ determinatum ad chili=ficandum mediante proprio ſpiritu. Quæ tria ſi mutuò conferantur in ordine ad talem operatio=nem, ea ratione concurrent, ut anima habeat ratio=nem agentis principalis, uentriculus concurrit ut organum manifeſtatiuum animae, quàm reci=pit ſecundum illius determinatam facultatem chilificandi, ſpiritus uerò concurrit, ut princi=pale inſtrumentum animæ, illam ſuſcipien=do, & corpori coniungendo, nec non etiam ut uehiculum eiuſdem pro actionibus obeundis tum in uentriculo tum in aliis quibuſcunq; partibus.

Cum igitur chiliſicatio ea ſit animæ operatio, quae materialis eſt & corporea, ut ſine ſubiecto corpore fieri nequeat, cum preterea ſit operatio animæ determinata, ut ſine determinato organo manifeſtari non poſſit, & huiuſmodi ſit uentriculus ipſe, ratione cuius actio ſuſceptae animae terminatur ad chiliſicandum, iure inquirendum occurrit, à quibus limitetur anima in tali organo recepta, ut ſolum chiliſicet, non autem ſanguiſicet, uel aliam animae operationem non exerceat: Hoc perfectò aliunde euenire non poteſt quã ex parte totius mixtionis propriaeq; conſtitutionis uentriculi, tum ratione qua eſt tale corpus ſimilare, & tale corpus organum, tum ratione propriarum affectionum conſequentium eundem uẽtriculum; merito partium ſimilarium eius, ſicut eſt temperatura, & ratione partium diſſimilarium eiuſdem, quemadmodum eſt propria illius conformatio, de quibus omnibus ſigillatim agere oportet. Et imprimis quantum attinet ad uentriculum ratione qua eſt corpus ſimilare, concurrit ſecundum determinatam eſſentiam ſui ipſius & proprii corporis, quae oritur ex certa quadam mixtione principiorum conſtituentium corpus ipſius uentriculi, ratione cuius acquirit quandam diſpoſitionem & ad agen=

In quo conſiſtat mixtio uentric.

prima origo eſſentiæ corporeæ uentriculi.

dum proprietatem , ut anima in eo ſuſcepta quam uis de ſua interna natura genericum agens ſit , limitetur tamen ſecundum huius partis capacitatem ac naturæ ſuæ corporeæ conditiones, obquam eandem cauſam reliq; etiam omnes corporis partes determinatis animæ officiis obeundis occupantur, & citra omnem confuſionem uires omnes in anima deliteſcentes explicantur & manifeſtantur. Quæ igitur ſit uentriculi eſſentia, & quibus principiis conſtituta ſit explicare aggredior.

Ventriculum ratione qua corpus ex tribus conſtare. Cap. XXXXIIII.

particula 8. aph. 29. *EA fuit diuini. hyp. ſententia 6 epidem. Vniuerſam cuiusq; corporis eſſentiam tribus potiſſimum perfici, contentis continentibus & impetum facientibus ſeu. permeantibus , quæ tria in eſſentia & re ipſa non diſtinguntur , ſed ſolum in modo eſſendi. Nam eadem eſſentia corporea pro ut materialis eſt , & materiam continet quattuor elementis ſubiectam , ſubſtantia eſt corporea generica & indifferens , ut de ſui natura non ſit magis hac quam illa ; Eadem enim materiæ eſſentia quæ ſubiicitur igni aut*

aeri, ſubiicitur pariter aquæ & terræ; diſtinguntur autem in modo eſſendi, quia ſubſtantia ſubiecta formæ ignis uel aeris, tenuisſima eſt, & ualde ſpirituoſſa, quæ uerò terræ elementorum omnium infimo & impuro ſubiecta eſt, crasſior & ſolidior extat. Quæ autem formam aquæ recipit mediocritatem quandam ſeruare uidetur inter tenuitatem & crasſitiem. Quæ diuerſitas materiæ corporeæ in ſimplicibus corporibus ſeorſum reperta, in ipſo compoſito ſimul omnes concurrunt, ad faciendam determinatam eſſentiam corporeæ ſubſtantiæ & quemadmodum ex primis elementorum qualitatibus in mixto oritur complexio, ita ex eorundem materis ſimul coniunctis in eodem mixto naſcitur uniuerſa corporea eſſentia, quae tota licet materialis & corporea ſit, ſub triplici tamen differentiæ modo completur atq. perficitur, tenuiori uidelicet terreſtriori & media. Ex iſtis partibus corporeã eſſentiam conſtituentibus, duae extremae sunt, tenuior ſcilicet & terreſtrior, quae cum in tali genere maximè diſtẽt, ſimul copulari nequeunt abſq. medio, quod utriuſq. extremi particeps ſit, & huiuſmodi eſt ſubſtantia humoroſa, ut hinc lucidè appareat necesſitas trium ſubſtãtiarum corpus conſtituentium, ex cuius etiam diſſolutione illæ eadem partes ſeparatim pariter conſpiciuntur.

Necesſitas componentium eſſẽtiam corpoream.

inamq́ caro urratur, tenuior eius pars ui ignis in ſubtiliſsimam ſubſtantiam attolletur, humoralis uero & media, per modum liquoris ſeparabitur & ſtillabit, Quibus utrisq́ partibus conſumptis & ſeparatis, quod reliquum erit, cineris ſubſtantiam manifeſte repræſentabit, quæ tertia eſt & terreſtrior huius mixti pars. Quare ſi corpus ſi unumquodq́ mixtum ex illis compoſitum eſt, in quæ reſoluitur, quis dubitabit partem quamlibet noſtri coporis ex triplici propoſita ſubſtantia conſtare? poſteaquam in ea tria non plura non pauciora diſsoluitur, Reſolutio enim compoſitionem patefacit & uiciſsim compoſitio ipſam reſolutionem.

Neceſſitas cō ponentium ex reſolutione compoſitis ſū pta.

Quæ utilitas & quis uſus harum trium ſubſtantiarum habeatur in conſtituendo corpore, Cap. XXXXV.

Prima utilitas triū conponentium quolibet mixtum.

EX dictis clarè patere poteſt, harum trium partium uſus atq; utilitas in componendo corpore & qualibet illius parte: Omnium prima & communis omnibus mixtis ea eſſe poteſt, quoniam nullum mixtum ſine his conpletum & integrum eſſe poteſt, nec immeritò; cum .n. corpus unumquodq́ ab interno & proprio opi=

fice

ſice conſtituatur , ob eum finem illud ſibi fabricat , ut per ipſum & in ipſo propria officia & dona explicet atq; declaret, non poteſt autem eſſe huius opificis iſtrumentum in agendo, niſi permanentiam habeat continuitatem , & ad operandum aptitudinem , quæ omnia non aliun de certè conſequi uidetur,quam ex triplici propoſita ſubſtantia , qua uniuerſa corporis eſſentia integratur ; A ſubſtantia quidem terreſtri & craſſiori conſiſtentiam acquirit , ab humoroſa continuitatem habet , Agendi uerò aptitudinem recipit à ſubſtantia tenuiori , ratione cuius ſit congrua & optima mixtio per minima , humidi cum ſicco , & ſicci cum humido , & tenuioris ſubſtantiæ cum utriſq; , ac omnium ſimul , ex qua partium mixtione tam aptè facta, oritur in eodem mixto quaedam diſpoſitio & ad operandum aptitudo ſecundum exigentiam illius formae ſubſtantialis, quæ ſibi fabricat & conſtituit ex dictis elementorum materiis talem ſubſtantiam corpoream , quæ propriis ſuis functionibus obeundis futura ſit propria & accommodata . Præterea earundem ſubſtantiarum in corpore perficiendo tanta eſt neceſſitas , ut unius defectu mixtum nec fieri, uel factum conſiſtere, uel conſiſtens in operatio= Secūda utilitas.

O

nem deſcendere ullo modo poſſit : quandoqui-
dem ſubſtantia terreſtris ſeorſum ab humoroſa
caret continuitate , inſtar cineris , cuius defe=
ctu diuerſarum partium mutua quedam conſpi
ratio deſideratur ſine qua partium actiones exor=
teri minime poſſunt. humoroſa pariter ſine terre
ſtri nec debitam conſiſtentiam , nec requiſitos
terminos obtinere poteſt, ſed huius abſentia cor
pus unumquodq; iurè ammittit propriam confor
mationem, in magnitudine numero figura &
aliis. Pars deinde tenuiſſima Abſq; humoroſa
& terreſtri in halitum reſoluitur , cum illi de=
ſit propria minera & uinculum. Qua pro=
pter ad complendam uniuſcuiuſq corporis eſſen=
tiam, dictorum trium principiorum apta & con
grua coniunctio ſummè neceſſaria erit . Acce=
dit etiam poſtrema utilitas unicuiq. mixto magis
propria, atq. ea eſt , quoniã quodlibet mixtum ad
ſui complementum non ſolum requirit dictarum
trium ſubſtantiarum idoneam mixtionem , ue=
rum etiam talem miſcibilium menſuram ratione
cuius aptitudo acquiratur ad determinatas ope=
rationes obeundas iuxta naturam , & illius for=
me in agendo proprietatem, quæ in eo compoſi=
to recipitur ? Quapropter Ventriculus chilifican=
di proprium organum ratione qua mixtum tri=

Tertiæ utilitas.

plici ſubſtantia conſtabit, humoroſa terreſtri & ſpirituoſa ratione qua tale mixtum, eiſdem ſubſtantiis, ſed determinatis & propriis conſtitutus erit.

Non eandem eſſe in quolibet mixto copulam trium ſubſtantiarum. Cap. XXXXVI.

QUamuis tres propoſitæ ſubſtantiæ conſtituentes unumquodq. corpus & quamlibet illius particulam, neceſſario ingrediantur quamcunq. mixti compoſitionem, non tamen ubiq ſeruant eandem mixtionis menſuram, ſed quot ſunt indiuidua, tum eiuſdem tum diuerſarum ſpecierum & indiuiduorum partes, totidem etiam ſunt mixtionis differentiæ: Aliam enim mixtionis menſuram habent mineralia, aliam plante, aliam bruta, & adhuc diuerſam ab omnibus his habet homo. cuius partes cum plures & diuerſæ ſint in unoquoq. indiuiduo, ita & diuerſa erit ſingularum mixtionis ratio, Namq in cordé eadem non eſt corporis eſſentia ut in hepate, nec quæ hepati competit, communis eſt ipſi coerebro, & ſic de aliis; ſed unicuiq parti ſua ineſt propria ſubſtantia

Humanum corpus & ſingulas partes per propriã mixtionẽ diſſerrũt.

Origi-nem eſ-ſentiæ partiū omniū eamdē eſſe.

corporeaq́ eſſentia, omnium tamen origo eadem eſt, & communis in ſingulis. Nempe ex mixtione elementorum ſecundum partes eorum materiales, differunt tamen per uariam mixtionem dictarum materierum, quæ non ubiq́ concurrunt ſub eadem quantitate, ſed diuerſa, unde corporum diuerſitates oriuntur, quod Gal. etiam ubiq́ ſignificat, differentias corporum colligens ex hac multiplici mixtionis diuerſitate, & præſertim in libro 4. de ſimp. medic. fac. ubi oſtendit generationes corporum impares & diuerſas eſſe, cum eorum aliqua plus ignis habeant quam aliorum elementorum, quædam plus aquæ, quàm aeris, non nulla Terræ magis in ſe continent. Hinc oriuntur corpora modò duriora & denſiora ut quæ plus terræ in ſua mixtione obtinuerunt, quam cæterarum materierum elementorum, quædam melliora & humidiora, ut quæ à prædominio, aquea ſunt, quædam tenuiora, & rariora, ut quæcunq́ plus aeris uel ignis in prima ſui mixtione habuere. Ex hac mixtione triumq́ propoſitarum ſubſtantiarum multiplici & uaria compoſitione ſecundum ſingulam corporis partem oritur in unaquaq́ parte ſua propria & peculiaris agendi aptitudo, Quod eſt in cauſa,

Cap. 5.

Diuerſitas mixtionis diuerſarū operationū ē cauſa.

ut quamuis in ſingulo indiuiduo unica ſit anima eſſentia, ad omnem actionem indifferens, in ſubiectis tamen iſtis partibus propria mixtionis ratione differrentibus, deffinitur & limitatur ad determinata officia, ut pro eſſentiæ diuerſitate, diuerſimodè operetur, ideo mirum non eſt, ſi in hepate ſuſcepta ſanguificet, cum ea ſit huius uiſceris propria eſſentia corporea, & trium ſubſtantiarum mixtionis certa menſura, ut animam recipiens, uim eius ſanguificandi, & non aliam explicet, ob eandem rationem in uentriculo ſuſcepta, talem mixtionem inuenit, ratione cuius hæc pars obtinet diſpoſitionem & aptitudinem chilificandi, & non ſanguificandi, ita in carne carnificat, in oſſe oſſificat, & ita in aliis omnibus partibus eo modo agit, & ubiq; effectus producit, non quales per ſe ipſam parere poſſet, ſed quales partium natura & conditio ſuſcipere aptæ natæ ſunt: ut mirum alicui eſſe minime debeat, ſi pro ſubiectorum diuerſitate, in quibus recipitur, diuerſa & contraria etiam opera producere illa posſit, non ſecus ac ſol unus & idem exiſtent ceram liquefacit, & lutum indurat, & carpentarius pariter licet intra ſe ſcientiam ſetandi, incidendi, perforrandi, contundendi & ſimi=

Operationum diuerſitas non in agente ſed organo quærenda eſt.

Agens principale agit ſecũdum natura ſubiecti recipiẽtis.

lia peragendi, per internamq; ſui naturam ſit agens indifferens, illius tamen actiones ſpecificātur à propriis ſubiectis, explicanturq. à determinatis iſtrumentis, quibus applicatur, & extra operando utitur. Ideo dum in ſecuri recipitur, non niſi ſecare poterit, quia tale iſtrumentum eam habet conſtitutionem, ut illius cauſa acquiſierit aptitudinem ad incidendum, ſic ſeca eſt illud iſtrumentum, quod in ſui compoſitione talem habuit conſtitutionem, tum ratione, qua corpus ſimil. tum ratione, qua organicum, ut eius cauſa obtinuerit potentiam non ad incidendum ut ſecuris, ſed ad ſeccandum. Ideo hac utens carpentarius, illius indefinita ſcientia & cognitio limitabitur ad ſecandum ſic per terrebellum non niſi per forare, & maleo utens contundere ſolum poterit; non enim malens contunderet, ſi in illius mixtione & propria illius corporea eſſentia, pars terreſtrior & durior plurimum aliis non dominaretur, cuius ſubſtantiæ terreſtrioris dominio, & eiuſdem certe mixtionis menſura cum ſubſtantia humoroſa & tenuiori, tale corpus componitur, quod duritie ſoliditate & ſuperuenienti grauitate aptitudinem acquirit ad contundenda dura corpora quæq; ita perfecto in corpore hu=

mano contingere exiſtimandum eſt, ut inquam pro uaria mixtionis menſura in unaquaq; parte uario modo ad agendum ſe accomodent.

De eſſentia propria uentriculi ratione qua tale organum. Cap. XXXXVII.

VEntriculus conſiderari poteſt & ratione, qua conuenit cum aliis pleriſq; partibus, quemadmodum ſi conſideretur ſimilarium partium gratia, ſecundo prout ab aliis differt ut ſi conſideretur ratione conformationis propriæ, quæ in alia parte eadem minime reperitur, ratione utriusq; eßentiæ concurrit ad chilificandum, de priori eßentia, quæ uentriculo competit ratione, qua corpus ſimilare, egimus, nunc de ſecunda tractare oportet, quæ eidem uentric. conuenit, ratione qua corpus eſt organicum & diſimilare: Et huiuſmodi eſſentia in alio non conſiſtit, quam in compoſitione plurium partium ſimilarium in unius determinati organi conformatione conſpirantium, Ex quo plurium partium peculiari concurſu in unum oritur in eo iſtrumento certa quedam conformatio, ad quam etiam conſequitur definita quædam diſpoſitio, ut ad animam, quam recipit, ſe preſtet idoneum chi

Vētric. ad chilific. cōcurit p duplicē ſui eſſentiā.

lificandi iſtrumentum. Non ſecus ac oculus ob eandem cauſam euadit proprium animæ organum ad uidendum, & Auris ad audiendum, manus ad apprehendendum, crura ad deambulandum; differentia ſolum eſt, quia uentriculus primo & principaliter concurrit ad chilificandum, pro ut eſt corpus ſimilare, ſecundò uerò & minus principaliter pro ut eſt organum, oppoſitum contingit in propoſitis iſtrumentis. Ut hinc colligere liceat chilificationem non eſſe actionem uentriculi purè ſimilarem, nec purè inſtrumentalem, ſed potius mixtam, ea tamen ratione, ut magis prodeat à uentriculo ratione ſimilarium partium, quam ratione iſtrumentalium. Hinc rurſus patet differentia inter chilificationem, & cæteras operationes tum uentriculi tum ceterarum partium corporis, quæ ſunt purè ſimilares, uel purè iſtrumentales, ſunt autem actiones purè ſimilares, quæcumq. fiunt à partis eſſentia ſimilari tantum, ita ut ſicut ab illa initium ſummit, ita in eandem abſoluatur, cuiusmodi ſunt attractio, retentio, aſſimilatio & expulſio, quæ priuatim fiunt non ſolum in corpore uentriculi, ſed in alia quacunq. parte ſimilari, nulla alia iſtrumentali concurrente, cuiuſmodi non eſt chilificatio quoniam eſt opero propria uentriculi, &

Chilific. é actio uētric. mixta ſed magis ſimiliaris quam iſtrum.

Actiones pertium uel sūt pure ſimil. uel pure diſſimil. uel mixtæ, & harum quædā ſunt magis ſimil. quędam magis iſtru.

nequa=

nequaquam aliis partibus ſimilaribus competens. Actio uero pura inſtrumentalis ea eſt, quæ non ſolum conuenit parti, ratione qua inſtrumentalis, ideſt totius conformationis eius cauſa, uerum etiam ea ratione conuenit, ut ab hac parte initium pariter habeat, & in ea ipſa finiat, quemadmodum eſſe uidetur Motio membri, quæ fit à toto muſculo alicui membro inſerto, per cuius contractionem & dilatationem totum membrum localiter mouetur, talis autem contractio & extenſio ita fiunt à toto muſculo, ut ab illo prodeant ſolius conformationis eius gratia, ab eodemq́, membrum, cui inſeritur, ſicut motus initium acceptum refert, ita per eundem etiam membrum quieſcit. Et quamuis hæc motio fieri non poſſe uideatur, niſi etiam concurrat propria eſſentia partis, ratione qua ſimilaris, prout ex partibus ſimilaribus conſurgit conformatio inſtrumentalium, nihilhominus motio, ut motio operatio eſt ita organica, ut per ſe primo & principaliter aliunde prodire nequeat, quàm à partis conformatione, remotè tamen & per accidens concurrit etiam pars ſimilaris, quales ſunt fibre nerui & carnoſum genus, ex quibus reſultat organum motioni deputatum. Cuius conformatio tunc maiorem aptitudinem, & diſpoſitionem re-

*tinet tum ad motum, tum ad ualidiores mo=
tiones, quando conſurgit ex dictis partibus ſimi
laribus ſecundum naturam diſpoſitis, tum quò
ad corpoream ſubſtantiam, tum quò ad tempera=
turam. in quo pariter genere actionum locari
non poteſt chilificatio quoniam ſi eſſet operatio
purè inſtrumentalis, toti uentriculo competere de
beret, conſequenter gratia totius conformationis
eius, cum tamen chilificatio ſecundum fundum
potiſſimum fiat. Accedit quòd chilificatio
non mag. fit à uentriculo ratione, qua cor=
pus ſimilare, quam ratione qua organicum,
ſi quidem initium chilificationis pendet à uen
triculo, ratione qua corpus ſimilare, conſe=
quenter merito determinatæ eſſentiæ tum cor=
poreæ, tum complexionalis, cuius tamen perfe=
ctio & abſolutio fieri nequeunt abſq; illius
conformatione. Nam ratione, qua ſimilaris cibos
aſſumptos alterat, immutat, & coquit, ratione
uerò propriæ conformationis ad integrum chiliſi
cationis finem deducit, & in primis merito capaci
tatis, continet cibos concoquendos 2. merito con
tractionis, quæ fibris mediantibus fit, eoſdem un=
diq; amplexatur & adheret, ut nullum inna
ne ſpatium inter cibum & uentriculi ſubſtan=
tiam admittat, ratione cuius amplexus integra*

chilificatio perficitur . concludendum eſt igitur quod chilificatio ita prodit ab eſsentia uentriculi tum ratione determinatæ menſuræ componentium illius corpoream molem , tum merito definitæ temperaturæ orte ex elementorum qualitatibus, ut abſq; illius etiam propria conformatione perfici nequeat, ac proinde chilificatio ea erit uentriculi actio, quæ nec omnino ſimilaris eſt, ut attractio, retentio aſsimilario & expulſio. nec omnino organica ut localis motio, ſed mixta ex utriſq. magis tamen & principalius eſt actio ſimilaris. quam oganica & inſtrumentalis.

De affectionibus Ventriculi. Cap. XXXXIII.

QVÆ *ratione uentriculus concurrat ad chilificandum merito utriusq; eſſentiæ, dictum eſt: ſupereſt , ut cognoſcamus etiam , quomodo concurrat ex parte affectionum illius duplicem eſſentiam conſequentium : Eſt autem hæc affectio duplex Altera conſequitur eſsentiam uentriculi , ut corpus eſt ſimilare, & nil aliud eſt quam temperatura , Altera conſequitur eundem uentriculum, ut eſt corpus organicum, & diſsimilare, & eſt ipſa conformatio utrisq; par* Corporis affectio triplex eſt. Definitio temperaturæ.

tibus communis eſt ipſa unitas de quibus omnibus agendum hoc loco occurrit. & primo de temperatura, cuius ſubiectum proximum eſt uentriculus, ratione qua eſt corpus ſimilare. Eſt igitur temperatura communio primarum qualitatum elementorum ex ipſarum mutua actione & paſſione orta, & in ſubiecta materia facta à forma ſubſtantiali, ſecundum dona & officia obeunda: pro cuius intelligentia Notandum eſt, quod anima ſeu forma ſubſtantialis, dum corporeis principiis aßociatur, non ob alium finem in corpoream & ſenſibilem materiam deſcendit, niſi ut ſua preſentia illam informet, & perficiat, & ſecundum illius diſpoſitionem agat, & operetur. quod ut aſſequi ualeat, elementa quæ corporum omnium & mixtionis principia ſunt, coniungit, & ex eorum materiis talem corpoream ſubſtantiam primo ſibi preparat, qualem antea depinximus, mox uero ex eorundum qualitatibus eam harmoniam & complexionem in eodem corpore ſibi accommodat, Quibus facile poſſit internas & occultas facultates ſuas per huiuſmodi mixtum manifeſtè & ſenſibiliter manifeſtare. Vt non immerito Hyp. libro de genitura dicat, quòd natura ex ſanguine & paterno ſemine in utero ſuſceptis fabricat ſibi corpus, &

Explicatio definitionis.

preparat, moribus animæ idoneum. Cuius complexionis tanta eſt in quolibet mixto non modo utilitas uerum etiam necesſitas, ut ſine hac, omnia corpora ſterilia fiant, quemadmodum illius preſentia fæcunda euadunt, & ad uitales operationes idonea. Eſt igitur temperatura inſtrumentum formæ ad operandum, ut ob id proformarum nobilitate & ignobilitate, maior & minor primarum qualitatum adequatio requiratur in quolibet mixto, ut hinc pateat, quòd temperatura humana omnium præſtantisſima eſſe debebat, quoniam futura eſt nobilioris formæ inſtrumentum, ſicut ex Auic. etiam colligitur, qui in ſua phiſiologia inquit, quòd deus donauit homini meliorem complexionem, quam habeant reliqua omnia mundi entia. hæc autem temperatura humana magnam habet latitudinem, tum in omnibus indiuiduis, tum etiam in ſingulis eorum partibus conſtitutiuis, pro quarum complexionum diuerſitate in dictis partibus, anima multipliciter & diuerſi modè operari conſueuit. Et quoniam ex operationibus licet cognoſcere temperaturam, proinde duplici exiſtente in qualibet parte temperatura, altera manifeſta, altera occulta, hinc etiam duplex genus complexionis ſecundum

Temperatura ē iſtrum. formæ ꝓ cuius diuerſitate ipſa quo que diſtinguitur.

Tempora duplex manifeſta & occulta.

Quæ ſint operatio cōplexionis manifeſte.

quamlibet partem ſpectare licebit, alterum manifeſtum, reliquum uerò occultum. Manifeſta complexione utitur anima, quando per temperaturam calidam ſubiectum ſibi corpus calefacit, attenuat aperit fundit, per frigidam uerò refrigerat incraſſat denſat, per humidam pariter humectat emmollit, lubricat, & per ſiccam exiccat, cogit, & denſat, quæ operationes manifeſtè communes eſſe poſſunt & toti corpori, & partibus eius. Alterum

Quę ſit opera complexionis occultæ.

uero genus occultum eſt, ui cuius Eadem anima in qualibet parte corporis propriam edit operationem, quam eandem in cæteris partibus exercere minime poteſt; per hanc hepar ſanguificat, neruus neruificat, os oſſificat, Uentriculus chilificat, & ita de aliis; Et huiuſmodi temperatura non ſolum oritur ex primarum qualitatum mutua mixtione, ſed determinatis gradibus, definitisq́, & mutuis proportionibus ita inſignitur, ut in qualibet parte, ea tribuatur complexio, & occulta qualitatum conſonantia, ut inde etiam peculiaris actio, quæ uni parti ea ratione ineſt, ut alteri parti communis, eſſe minime poſſit per hanc uentric. dicitur chilificare quæ operatio ideo ſoli uentriculo aduenit, quia illius occulta tem=

peratura huic ſoli parti competit, per eandem hepar ſanguificabit, & ita de cæteris partibus intelligere opportet. Hæc autem duo genera complexionis ſi inuicem conferantur, & utraq; ad ſuam operationem dirrigantur ita ſe habent, quòd complexio occulta eſt iſtrumentum formæ principalius, & operationi ipſius partis mag. proximum, complexio uero manifeſta iſtrumentum eſt eiuſdem formæ, ſed ſecundarium & remotius ab eadem oparatione. præterea complexio manifeſta ſicut facile alterationem ſuſcipit, & à naturali ſtatu recedit, ita citra magnam difficultatem remoueri poteſt. contra ſe habet temperatura occulta, de qua longè maiorem curam habere uidetur agens principale, cuius eſt proximius iſtrumentum, quam de manifesta, que remotior est, & alteri famulatur. Accedit quòd temperatura manifeſta dum nature leges excedit, contrariis qualitatibus manifeſtis tollitur. At quæ occulta eſt, ſi naturalem ſuam conſonãtiam ammiſerit, non niſi alterantibus per occultam qualitatem reſtitui poterit.

Differẽtia complexionis occulte & manifeſte.

1. difer.

2. difer.

3. difer.

De ſecunda corporis affectione Cap. XXXXIIII.

Definitio.

SEcunda Affectio corporis quæ uentriculum conſequitur merito partium diſsimilarium, eſt illius conformatio, Quæ nil aliud eſt, quàm conſtitutio huius organi ex ſimilarium partium definita unione conſurgens, ab anima fabricata, ut ſibi inſeruiat pro chilificatione facienda. Hæc autem conformatio conſiſtit in figuræ concinnitate ſecundum meatus & cauitates, in lenitate & aſperitate, in decenti magnitudine, & paruitate, in determinato partium componentium numero pari uel impari. in uiarum anguſtia uel dilatatione, in ſitu ſecundum aliquam loci differentiam, in colligantia cum uicinis partibus uel ſuperioribus & inferioribus uel anterioribus & poſterioribus uel lateralibus. Cæterum hæc conformatio duplex & ipſa eſſe poteſt, non modo in uentriculo, ſed in alio quocunq. organo. Altera manifeſta, eſt, & in hac plura organica membra comunicare poſſunt, uentriculus.n. in magnitudine conuenit cum hepate, cum pulmonibus, cum cærebro, & aliis partibus: in concauitate & amplitudine conuenit cum ueſicha, idem dicatur de ſitu, de numero & reliquis concurrentibus

Conformatio duplex eſt occulta & manifeſta.

bus ad illius conformationem. conformatio uerò occulta ſoli determinato organo competit. atq. hæc conſiſtit in ea determinata conformatione totius organi, quæ ex peculiari figura magnitudine uiarum capacitate numero & aliis oritur atq. reſultat. haec autem ita in uentriculo reperitur, ut in altero membro eadem ullo modo reperiri poſſit. Quæ duo genera conformationum ſiue inuicem conferantur, ſiue ad propriam actionem & finem ordinentur, partim conuenient, & partim different. imprimis in eo communicant, quia ambo in eundem finem nempe ad chilificationem diriguntur. & utraque inſtrumenta ſunt agentis principalis. differunt uerò. quoniam conformatio manifeſta eſt inſtrumentum remotius, occulta uerò propinquius ipſi fini, præterea utriuſque conformationis uitium poteſt cauſare leſionem in chilificatione obeunda, At uitium quod corrumpet occultam conformationem, maioris momenti erit, quàm illud, quod leſionem inferet conformationi manifeſte ſolum. Ut propterea illud ipſum uitium, quod occulte conformationi accidit, difficilius etiam tollatur, quàm illud quod reſpicit leſionem in conformatione manifeſta, idem de unitate dicendum eſt, pro ut par

Prima conueniẽtia.

Secũda conueniẽtia.

tium ſimilarium & diſsimilarium communis affe=
Epilogus. ctio ẽ. Chilificatio ergo ea erit operatio, quæ non pro
dit à ſola anima, uel ſpiritu, uel corpore
uentriculi, aut ab anima & ſpiritu ſimul, uel
ab anima & uentriculo ſeorſum à ſpiritu, ſed
prodibit ab iſtis omnibus ſimul, ex quibus cum
uniuerſa uentriculi eſſentia conſtituatur, rectè
cum aliis dicere poßumus, talem operationem
emanare à tota ſubſtantia uentriculi ſeu à to=
ta mixtione ipſius. Ex ijs autem anima
concurrit ut agens principale & indifferens,
ſpiritus ut ſedes & animæ uehiculum pariter
indefinitum, & ut animæ cum uentriculi cor=
pore uinculum. concurrit poſtremò uentriculus,
ut ſubiectum non ſolum ſuſceptiuum animæ &
ſpiritus, ſed etiam ut inſtrumentum manife=
ſtatiuum operationum eiuſdem animæ, quàm
recipiendo, ſimul etiam limitat, ut in ipſo &
per ipſum chilificet, & non ſanguificet, uel
aliam operationem exerceat. Hanc limitatio-
nem operandi recipit anima, à propria & pe=
culiari conſtitutione huius partis, ut imprimis
ad chilificandum concurrat uentriculus, ſecun=
dum propriam eſſentiam partium ſimilarium,
deinde ſecundum propriam ſui ipſius eßentiam
ratione qua organum, nec non etiam merito

ambarum affectionum peculiarium, quæ uentri= culum conſequuntur, tum merito partium ſimila= rium, cuiuſmodi eſt propria temperatura, tum me rito partium diſſimilarium, cuiuſmodi eſt propria conformatio. tum deniq; ratione propriæ unitatis, tum in ſingulis partibus ſimilaribus ſeorſum, tum in eiſdem ſimul copulatis, & in unius organi confor mationē conſpirātibus, pro ut ſcilicet eo ordine ea proportione ac mutua conſonantia unà omnes con ſpirant, atq; conſentiunt in unius uentriculi con ſtitutionem, ut animæ ſolum idoneum iſtrumen= tum chilificandi ſe preſtet. Hinc licet reddere ra tionem, cur errores in hac prima coctione commiſ ſi, à 2. ſubſequente corrigi minimè poſſint, uel etiam in 2. facti à tertia pariter emmendari ne queant. quod aliunde non contingit quam à pro poſita conſtitutione uniuscuiusq; partis, cuius conditiones & proprietates, ita uni competunt, ut alteri communes eſſe minime poſſint: qua ratione fit, ut quod agit anima in una parte in altera illud præſtare non ualeat.

Cur error in prima coctione corrigi nō posſit à 2.

De expulſione primæ coctionis. Cap. XXXXV.

Necesſitas expul. Quia nutritionis gratia coctio omnis fit, Nutritio autem per conuerſionem ſubiectæ materiæ in ſubſtantiam partis fiat. Hæc deinde fieri nequeat niſi ſeparentur partes diſſimiles, & non ſolum ſeparentur, ſed etiam expellantur, uel ad propria receptacula, uel extra corpus, hinc orta eſt necesſitas expulſionis inſeruientis ipſi coctioni, nutritionis gratia.

Expulſio quid ſit. Eſt autem expulſio motio excrementi inutilis ab alimento ſeparati poſt coctionem uentriculi facta à facultate expultrice partis, mediante calore innato & proprio fibriſq; traſuerſis propter nutritionem obeundam:

Explicatio partiũ defi. pro partium autem propoſita definitionis explicatione, ſciendum, quod ſicut coctio in quiete perficitur, ita expulſio cum motu abſoluitur,

Differẽtia coctionis & expul. ut in hoc genere cum attractione & retentione conueniat, ex parte uerò mobilis diſtinguntur. quia ſubiectum mobile in attractione & retentione eſt ſimile, in expulſione uero eſt

Prima diferentia. diſſimile, præterea ſubiectum mobile in attractione & retentione eſt mixtum ex partibus alimentalibus &

Secũda diferentia. excrementiciis at in expulſione eſt purum excrementum. ex propoſita deinde ſi

militudine & diſimilitudine oritur alia diferentia ex motuum contrarietate deſumpta. ſi quidem at tractio & retentio fiunt ratione amicitiæ, expulſio uerò ſub ratione odii & innimicitiæ, cuius obiectum duplici ratione aduerſatur expultrici, primo quia ob diſimilitudinem tantum abeſt, ut ſit nutritioni idoneum, ut potius illam impediat, ſecundo ratione copiæ grauando, & ratione qualitatis irritando expultricem, mouet & excitat ad proprii obiecti expulſionem. quicquid ergo poſt abſolutam chilificationem & uentriculi nutritionem ſupereſt, cum illi onus futurum ſit, expultrix expellit, quo tempore ociatur retentrix, cum iam integra coctio facta ſit, cui illa inſeruiebat. cæterum hæc expultrix fac. cum oganica ſit, materiali iſtrumento eget ad propriam functionem obeundam, & ſunt fibræ tranſuerſales ipſius uentriculi, hic n. uentriculus ueluti contrahitur & coarctatur, ut melius exprimat & expellat quamcunq; ſuperfluitatem: Quo tempore pilorum aperitur, ut per ipſum protrudatur tota chiloſa materia in inteſtina, quæ continua ſunt ipſi uentriculo hæc autem expulſio fit primo in cæcum inteſtinum, Ab hoc in collon, & in aluum tandem delabitur. Cæterum hæc materia licet ex parte uentriculi ſit ſuper

Tertia diferentia.

Principiũ diſtributionis alimenti preſtat expſio uentric.

flua redundans ac ueluti tota excrementitia, cæteris tamen partibus ſubſequentibus alimentum eſt, permixtum tamen cum partibus excrementitiis; propterea ut in dictis partibus nutritio ſubſequatur, & primo in inteſtinis, Natura illis donauit propriam uim alterandi, qua ſe ipſa tueri poſſent: Quod uero reliquum alimenti ſupereſt, in hepar attrahitur per uenas meſeraicas, quæ ad inteſtina terminantur, & ab hepate ortum habent: ut propterea inteſtina diſtributionis alimenti gratia condita ſint: facta autem tali ſuctione, quod remanet in inteſtinis, totum excrementum eſt. Atq. hoc duplex, alterum tenue alterum craſſum, tenue eſt materia illa pituitoſa, quæ inteſtinorum tunicis adherere ſolet: craſſius uerò & magis terreſtre, quod in ampla inteſtinorum capacitate continetur, ſtatutiſq. temporibus per ſedem excernitur: Tempus uerò expulſionis ſecundum naturam, non eſt eorum excrementorum, quæ eadem die genita & ſeparata ſunt, ſed hec naturæ lege potius retineri debent, donec Attractrix uenarum meſeraicarum omnem bonitatem inde attraxerit. ideo hyp. 4. de morbis habet, quod ſi corpus eadem die cibos egereret, non ſufficienter humore uti poſſet, ſed eſſent homines debiles & te-

4. de uſu partium. cap. 17.

Diſtributionis progreſſũ præſtat partes nutriendæ.

Tẽpus determinatũ expelende excrem.

nues, Qua ratione fuere facta à natura inteſtina, non rectà procedētia, ſed multis inuolutionibus con figurata, ut ſuſcepta materia diu detineretur, do= nec melior illius ſuccus à uenis meſeraicis omnino exſuccaretur. Ius inteſtinanō ſim. recta.

De ſecunda coctione. Cap. XXXXVI.

P*Rimæ coctioni in uentriculo factæ, ſecunda ſuccedit, cuius officina hepar eſt, in quo chilus receptus, per ulteriorem elaborationem, à partis proprietate, ammittit propriam formam, & nouam acquirit, cum in ſanguinem tranſ mutetur, à quo etiam denominationem ſumens ſanguificatio dicitur. Quæ coctio & ipſa du= plex eſt, Altera priuata, ſui ipſius nutritio= nis & conſeruationis gratia facta; Altera com munis, quae ad totius conſeruationem dirrigitur. de qua in presentia agere non òportet, ſed de hac ſermo erit, quando de tertia coctione tractabo, à qua hec minime ſeiungitur. Eius autem eſſen tia tali oratione continetur. Vt ſanguificatio ſit coctio chili acquirentis formam ſanguinis in ſub= ſtantia hepatis, facta ab illius ſanguificatrice fa= cultate: mediante calore naturali & proprio pro= pter reſtaurationem deperditi. pro cuius explica=*

Nomē.

Sanguificatio duplex publica & priuata.

Sanguificatio quidſit.

tione multa dicenda non occurrunt, cum ex dictis antea de chiliſicatione ſatis lucida reddatur. Quã doquidem utreq; concoctiones in pluribus conueniunt & diſtinguntur, in primis in generica quadam natura conſentiunt, cum utraq; transmutatio ſit ſubiectæ materiæ in nouam ſpeciem, At in prima coctione terminatur ad chilum, in ſecunda uero ad ſanguinem: preterea utrobiq; eadem eſt materia, quæ coctioni ſubiicitur, nempe cibus, qui comeditur. differentia eſt, quia in prima coctione cibus eſt rudior, in ſolo ore craſſiori modo preparatus, in ſecunda uerò eſt ille idem cibus, ſed in ſpeciem chili in uentriculo tranſmutatus: Conueniunt preterea in communi ſubiecto, cum utraq; fiat in eodem corpore. at penes diuerſas officinas, prior quidem in uentriculo, ſecunda uerò in hepate: preterea communicant in triplicitate partium, quibus utraq; conſtat Rudi ſcilicet præparatione precedẽte, coctione ſubſequente, & integra abſolutione ſuperueniente: differunt autem pœnes loca, in quibus hæc fiunt, quia prioris coctionis rudis præparatio in ore fit. At in 2. in uenis meſeraicis. Rurſus coctio in chiliſicatione facienda, in fundo uentriculi efficitur, in ſanguiſicatione uerò fit in hepate: Tandem primæ coctionis integra abſolutio in inteſtinis

Primæ & ſec. coctionis conuenientia & difer.

Prima conueniẽtia & dr̄ia.

Secũda conueniẽtia.

3. conuen. & dom.

4. conuen. & dom.

teſtinis habetur , ſecundæ uerò in uenis totius terminatur. Præterea conſentiunt etiam in facultatibus inſeruientibus, quia utriſq; coctionibus famulantur attractio retentio materiæ concoquendæ, & excrementorum expulſio; Diſtinguntur uerò, tum ratione diuerſitatis materiæ, quæ attrahitur & retinetur, tum etiam merito excrementorum, quæ utrobiq; generantur & expelluntur, longe enim craſsiora ſunt excrementa primæ coctionis quàm ſecundæ. Conueniunt quin etiam in agente principali, quoniam utriuſq; coctionis cauſa eſt una & eadem animæ eſſentia, una & eadem caloris natura, diſtinguntur uerò quia ſecundum aliam facultatem concurrit in uentriculo, & in hepate, quæ limitatio ab extrinſecò illi contingit, nempe ratione propriæ conſtitutionis utriuſq; uiſceris, idem dicatur de calore ſubſtantifico, qui animæ ſedes eſt, uehiculum facultatum omnium eius, & uinculum eiuſdem cum materiali corpore. Tandē concurrunt in uno & eodē commuui fine, quoniam utraq; coctio dirigitur ad conſeruationem uitæ totius indiuidui, diſtinguntur tamen in fine proprio, quoniam ſingula proprii uiſceris tutelam primo reſpicit.

5. conuen. & differ.

6. conuen. & differ.

7. conuen. & differ.

De propria eſſentia iecoris & temperatura & quomodo tot diuerſi humores in eo generentur. Cap. XXXXVII.

CUM Iecur ſit ſanguificationis officina, iure debet talem eſſentiam talemq́ tempe= raturam retinere, quæ animæ ſit accomoda ta pro tali functione obeunda, ſanguis autẽ qui in illa generatur, ſubſtantia & temperatura cum aereus ſit, calidusq́ & humidus, argumen tum eſſe uideretur hac eadem temperatura atq́ ſubſtantia uiſcus etiam ipſum præditum eſſe; ut qualis eſt cauſa, talis effectus illi correſpon= deat. Quod ſi uerum eſt, dubitandi occaſio hinc oritur, quomodo præter ſanguinem, in eo- dem iecore generentur etiam alii humores, eſſen tia & temperatura à ſanguine diuerſi, cuiuſmo di ſunt bilis melancolia pituita & ſeroſa hu= miditas, bilis.n. ut ignea eſſentia eſt, ita cali= di & ſicci temperamenti extat, melancholia ter reſtris ſubſtantiæ, & in temperamento frigida & ſicca, pituita aquea eſt, & in tempera= mento frigida & humida, qui humores cum non ſolum in quadernario numero reſpondeant quatuor elementis, uerum etia min eſſentia tem= peratura & proprietatibus cum eisdem propor

Obie-ctio.

*tionem eandem ſeruent , minime fieri poſſe ui=
detur , ut ab una & eadem iocinoris ſubſtan=
tia & temperatura produci omnes posſint,ſed
à uaria & multiplici potius emanabunt : omit
to ſeroſam & ichoroſam ſubſtantiam toti maſ=
ſæ humorali permixtam , quæ magis adhuc ar
guit eterregeneitatem dictæ materiæ. Quidam re* Sol.
ſpicientes ad quantitatem dictorum humorum aliorū.
*maſſam hanc conſtituentium, & uidentes quod
ſanguineus ſuccus cæteros omnes ſuperat , ab eo=
dem etiam ut prædominante , ſtatuunt talem
maſſam uocari ſanguineam , cuius ſanguinis eſ=
ſentia cum aerea ſit , & temperatura calida &
humida , hac ratione non diſtabit à proprio
uiſcere,in quo generatur quæ ſolutio non omnino
ſatisfacere uideretur , Quamuis .n. maſſa hæc
humoralis à prædominio ſanguinea denominetur,* Impro-
non propterea à ſui compoſitione excludit cæte= batio.
*ros humores ſpecie differrentes à ſanguine , cui
permixti ſunt quorum diuerſitas & ſenſui inno=
teſcit , & rationi etiam conſentit . Nam ex
miſſo ſanguine eorum diuerſitas planè conſpicua
habetur , & dum in corpore adhuc continetur,
multiplex hæc ſeparatio fit , in primis ſepara=
tur flauabilis in porrum ſeleum, mel. in lie=
nem , & ſeroſitas in ueſicham. quæ omnia ex*

crementa ſunt ſpecie differrentia. præterea mate=ria quæ ſupereſt poſt dictam excrementorum ſeparationem etiam ſi tota alimentalis dici poſſit, non tamen eſt ita homogenea ut non contineat adhuc quatuor ſuccos eſſentia & propria temperatura diſtinctos, ſuccum in quàm ſanguineum bilioſum pituitoſum & melancolicum. Quorum neceſſitas ex partium nutriendarum diuerſitate habetur; quarum alie ſanguine mag. nutriuntur. ut caro. quedam ſucco bilioſo ut plumones, alie pituitoſo ut coerebrum uentriculus nerui & huiuſmodi, nonnullæ ſucco potius melancholico ut lien & oſſa. Cum igitur hec maſſa, tot diuerſis ſuccis conſtet, genereturq; ab uno & eodem uiſcere, una & eadem eſſentia & temperatura predito. huius diuerſitatis cauſa aliunde certe quam ab ip ſo hepate petenda erit, ut tota certe refferenda ſit in ipſum cibum, is .n. cum mixtus ſit ex quattuor elementis, eſſentia & qualitate differentibus, quid mirum eſſe debet. ſi caloris noſtri ui alteratus atq; corruptus, in eas partes & principia diſoluatur, ex quibus conſtabat, ac proinde in partē alimentalē & excrementitiā diuidatur, utraq; rurſus in alias partes iam propoſitas. Unum ergo & idem hepar. una & eadem caloris eſſentia, dum chilo alterando incumbunt.

Humorum uarietas fit ex uarietate partiū quæ in cibo cō tinentur.

Secundum illius partes diuerſas, quæ in eo delitescunt, eaſdem ſeparant, & ſeorſum diſtincte manifeſtant. ut calor agens in partem igneam & tenuiorem chili. illam conuertat in bilem tum alimentalem tum excrementiciam, quemadmodum agens in partem aeream aqueam & terream producit reliquos ſuccos, ſanguinem uidelicet, pituitam, & melancoliam, ex eodem calore agente in eandem materiam ſeparatur etiã pars ſeroſior. in ueſicam, tanta ergo ſuccorum diuerſitas non prodibit nec à diuerſitate partis, cum una & eadem uniformiter concurrat ad generationem tot humorum, Nec à diuerſitate caloris cum una & eadem caloris eſsentia tota chilo incumbẽs. hanc ſeparationem faciat. ſed ex ſubiecte materiæ diuerſitate, humorum hæc multiplicitas ortum habebit.

De Expulſione ſecunde coctioni, Cap. 48.

Cum expulſio coctioni inſeruiat, ſequitur, ut quot ſunt coctiones, totidem ſint expulſiones illi inſeruientes: At conſtitutum antea fuit, coctionem triplicem eſse, quare triplex etiam erit inſeruiens expulſio: de priori quæ chilificationi fa=

mulatur actum eſt, Nunc de ſecunda dicendum occurrit, que ſanguificationis excrementa reſpicit Hac autem facultate debuit hepar ornari, non ſolum, ut illius excrementa expellererentur, uerum etiam quia huius coctionis extrementa plura ſunt quam in aliis coctionibus. Accedit etiam huius uiſceris praeſtantia & dignitas, de cuius conſeruatione naturam maxime ſolicitam eſse oportuit. poſtremò hepar eſt illud uiſcus, quod deſtitutum eſt facultate ſentiente, cuius defectu ſentire non poteſt moleſtiam excrementorum, quae in illius coctione quotidie generantur & aggregantur. Non ita contingit de inteſtinis, quae uel à copia excremẽtorum uel ab eorum qualitate excitantur ad expulſionem; Et quamuis à cærebro deſcendat nerui in Hepar, non proptèrea, per illos ſenſum recipit, non ſolum quia eiuſmodi nerui ſunt ualde exiles, ſed magis quia diſeminantur potius per ipſius membranam, quàm quòd inhepatis ſubſtantiam inſerantur, hil ergo & aliis de cauſis hepar ſanguificationis officina hac facultate expultrice præditum eſſe debuit, cuius officium ut omnino integrum fieri poſſet, prudens natura quattuor organa conformauit, ut omnia excrementa ipſius ſuſcipere p ſent, a q̃ hæc uaria & diſtincta pro excrementorum diuerſita

Neceſſitas pul. hepatis.

2. neceſſitas.

3. neceſſitas.

Quatuor ſunt receptacula excrementorum hepatis.

te ; Quorum alia cum tenuia ſint & ſeroſa ; alia humoroſa. & ſeroſa ſint caeteris copioſiora iure natura pro iſtis excipiendis duos renes acco= modauit & ſubiecit. humoroſa uerò duo ſunt, bilis & melancolia pro ſuſcipienda bile facta fuit ueſicha fellea , inſima hepatis parte reſi= dens ; & tale excrementum recipit attrahen- do , per meatum illum , qui oritur ab ea par te iecoris ubi eſt principium porte. quo in loco ſeparatio fit bilis huius excrementitiae à caeteris humoribus alimentalibus ; inſeritur deinde in ſub ſtantiam dictae ueſicae. hoc autem genus excre menti cito repleret hanc ueſicham alioquin par uam, niſi illius portio ſenſim non expelleretur ad inteſtina, circa finem duodeni , & princi pium ieiuni. fit autem eiuſmodi expulſio, ut à mordaci qualitate huius humoris inteſtinorum expultrix ad excretionem ſtimularetur. Meri= tò uerò Melancholiae conditus fuit lien in par te ſiniſtra ; Cuius munus eſt attrahere dictum humorem per uenas porte ; quod genus excre= menti cum ſit in minori copia , unicum recé= ptaculum ei ſufficere potuit. Ut ex his faci= le ſit colligere definitionem talis expulſionis. Quae nil aliud eſt quam motio excrementorum ſecun dae coctionis hepatis, in propria receptacula fa

Duo re: nes at- trahũt ſeroſum excrẽ.

Veſicha fellea attrahit bilem.

Lien re cipit melan- choliã

Expul. hep. de- finitio.

ſta, ab expultrice facultate uiſceris, concurrente attractrice partium ſuſcipientium Mediante calore naturali & proprio propter uitae conſeruationem.

De expulſione Tertiæ coctionis. Cap. XXXXVIIII.

SI in chiliſicatione & ſanguiſicatione excrementa producuntur, pro quorum ſeparatione expultrix requiritur: longe magis in tertia coctione hac ipſa facultas neceſſaria erit: utpote illa, cuius gratia materia haec tertiae coctioni & nutritioni ſubiecta, exactè depurari debet, ut ſingulis partibus nutriendis omni ex parte aſſimilari poſſit. Huius autem coctionis excrementum 2. eſt, Alterum uaporoſum & tenuiſſimum, & hoc per corpus uniuerſum inſenſibiliter difflat, & per cutim tamquam per commune receptaculum talium excrementorum in halitum ubiq. reſoluitur, nec immeritò quia cum tertia hac coctio aeq. fiat in omnibus partibus corporis, iure etiam tale genus excrementi ubiq; per cutim expurgari debuit. Alterum uero genus excrementi craſſius eſt, & hoc ſenſibiliter expellitur, tum per uniuerſam cutim, tum etiam per partes determinatas

Tertiæ coctio. excrem. duplex eſt.

natas

natas, per cutim uniuerſam expurgatur, tum per ſudorem, tum per ſordiciem quæ cuti adhæret, tum etiam per pilos, ex quibus excrementis duo priora nullius ſunt uſus, pili uerò aliquem habent in corpore uſum, uel ad tutelam uel ad ornatum; per partes uero determinatas expurgatio fit, quando per nares palatum oculos & aures cærebrum expurgatur, & ſit de aliis. Erit igitur huiuſmodi expulſio Motio excrementorum tertiæ coctionis partium omnium corporis à facultate expultrice facta mediante calore naturali & proprio propter nutritionem & uitæ conſeruationem. Expul. tertiæ coc. qd ſit.

De cauſa finali Nutritionis. Cap. 50.

A*Limentum dirigi ad conſeruationem uitae noſtrae fatentur omnes, ut pote illud, quod ratione ſimilitudinis uitalia principia cuſtodire poteſt, cuius priuatione radicale humidum abſumitur, & calor uitalis extingui tur, unde mors ipſa ortum habet; Quae nil aliud eſt quam caloris innati & proprii extinctio ob conſumptionem proprij humidi. Cuius Alimenti tanta eſt neceſſitas in hac uita tuen=* Mortis orig.

da, ut ex illius immodica tenuitate corpus ſenſim tabeſcat, & ex eiuſdem abſtinentia integra, etiam intereat. Sed hoc loco Admirari pleriq. ſolent. Qua ratione quo ue ingenio quandoq; contigerit, ut Nonnulli abſq. omni cibo ac potu non ſolum aliquot dies uixerint, uerum etiam per plures menſes & annos ieiunium citra omnem noxam ſubſtinuerint:

2.de genera. animal.

Cuius rei teſtes probatiſsimi uiri, eſſe poſſunt im primis Albertus magnus occurrit qui libro 7. de animalibus refert colloniæ olim fuiſſe quandam mulierem, quæ abſq; ullo cibo & potu per 30. & 40. dies continuos incolumis ſepe perdurabat. Teſtatur pariter fuiſſe etiam quendam uirum complexionis melancolicæ, qui in carceribus omni diligentia cuſtoditus, ieiunium per hebdomadas ſeptem ullo uitæ diſpendio ſuſtinebat. Simon etiam porticus philoſophus præſtantiſsimus de hac ipſa re fidelem hiſtoriam edidit; Affirmatq; quòd anno 1531. in germania prope ciuitatem ſpiræ; Nata fuerit puella quædam, quæ à primo ætatis ſuæ anno uſq; ad decimum parciſsimo admodum cibo alebatur & quo tempore febre corripiebatur, non aliis auxiliis medicis, quam omnimoda inedia per totum egritudinis tempus, ſeruata, curabatur:

Hiſtoria de muliere quæ diebus pluribus ſine cibo uiuebat.

Hiſtoria de uiro q 7. hebdomadis in ediã ſuſtinebat.

à quo tempore Rurſus cibum , ſed parcius ad huc , capiebat , & quo adultior euadebat, eo te nuiori uictu utebatur, ut tandem procul ab omni cibo & potu per bienium incolumis perduraue rit. Cuius rei euentus cum quotidianæ experien tiæ tam apertè repugnet , facile poteſt homi= nes in admirationem ducere. de cuius ueritate ut certior fieret Ferdinandus Romanorum Rex. iusſit hanc puellam ad ſe uocari ,quam etiam fidelisſimis cuſtodibus tradidit , qui cum apertè cognouerit , per quadraginta dies continuos,illam ieiunaſſe ,propriis parentibus reſtituendam cura= uit , nec amplius de ea re in poſterum dubita uit ; Hermolaus quoq; barbarus uir doctisſimus & probitate inſignis teſtatur, pariter Rome fuiſ= ſe quendam ſacrificum, Qui ex principum cu ſtodia annos quadraginta abſq; ullo cibo ac po= tu perdurauit. Conciliator pariter in ſuis difer rentiis aſſerit repertam fuiſſe mulierem , quæ per annos decem & octo ab omni cibo abſtinuit . Alteram quoq. proponit , quae annos triginta inediam paſſa eſt , nullo inde nocumento acce= pto. Alii pleriq. uiri fide digni extant , qui de hac ipſa re indubiam fidem faciunt , multas hiſtorias adducentes propoſitam ueritatem ma= gis confirmantes : Quamuis autem quae raro con

Hiſtoria de puella germana quæ per bienium abſq; cibo uiuebat.

Hiſtoria de uiro q annis quadraginta ſine cibo perdurabat.

Hiſtoria de duabus mulieribus quæ pariter per plures annos ieiunium tolerabãt.

tiugunt uel magnam admirationem afferant, uel de propoſite rei ueritate dubitandi occaſionem prebeant: quæ tamen ſenſuum euidentia tam conſpicua ſunt, temere negari minime poſſunt, ſed excellenti potius ingenii quadam ui, cauſæ inquiri debent, ut ex reconditarum rerum cognitione, intellectum noſtrum non ſolum magis perficiamus, uerum etiam, ex ipſa cauſarum inuentione admirationem omnem è medio tollamus.

Hominem ſine cibo & potu diu uiuere poſſe naturæ minime repugnare. Cap. XXXXXI.

NE autem in uanum laborare uideamur, & Alicuius figmenti cauſas inueſtigandas propoſuiſſe uideamur. luce clarius imprimis oſtendam propoſita exempla cum legibus naturæ conſentire poſſe, ac proinde uerisſima eſſe. Et ut à notioribus exordiar, & ab iis quae non ſolum ſapientibus ſed etiam agricolis nota ſunt. Accipio plantarum ſemina omnia, quae à terra auulſa, à plantis ſeparata, à propriis corticibus excuſſa, à ſolis deniq. calore exiccata, adhuc tamen uegetalem animam in

Semina diu animã cuſtodire ſine alimento.

columen ratinent , per multosq. annos inuio=latam cuſtodiunt . Cuius rei ueritatem . illud locupletiſsime teſtari poteſt,qđ ſua terrae deman=data ac reſtituta , ibiq. Vegetali eorum anima excitata , ſtatutis temporibus in nouas Plan=tàs eiuſdem ſpeciei reuiuiſcunt , nutriuntur au=gentur , nouaq. ſemina ad indiuiduorum ſuc=ceſsiuam propagationem procreant , quae ſupre=ma huius uitae opera ſatis ſuperq. comprobare poßunt,dicta ſemina non fuiſſe mortua & ſteri=lia corpora, ſed potius uita predita & fœcundita te plena: id ipſum longe euidentius comprobare poßunt pleraq. alia uegetabilia , quorum ne dum ſemina , ſed plantæ & radices, terra priuatæ & ſoli nudoq. aeri tantum expoſitae , non ſo=lum .n. arreſcunt,ſed per ſe nutriuntur augentur, flores , deniq. & frondes emmittunt, cuiuſmodi ſunt fabba iuerſa,coeppa,allium aloes& huiuſmo di multa .n. eius ſunt generis in quibus tanta eſt copia huius humidi alimentalis , ut ſi diu ſub terra permaneant . nouo adhuc humore acce=dente , ſuffocetur ipſorum calor , & planta mar ceſcit , eodem auulſa & in aere detenta in corrupta ſeruatur , quia humidum redundans minuitur uincitur & coquitur, quae rurſus ter=rae ſuae reſtituta felicius germinatuireſq; maio-

Multe plantæ à terra auulſe diutius uiunnt.

res acquirit . Quae omnia cum tam apertae
ſint uitae opera , quis ſanè mentis erit , qui ex
ratione dicere audeat, talia corpora mortua eſſe.
Si à uegetabilibus ad ſenſibilia conſcendamus, ad
huc firmius in propoſita ueritate confirmabimur,
quandoquidē pleraq; bruta eius generis ubiq. repe
riuntur , quae procul ab omni cibo pluribus

Pleraq; bruta diu uiuere ſine ſibo.

diebus menſibus hyemeq. tota in terre latibulis
deliteſcunt.mox ad conſueta uitæ munera ſtatu=
tis temporibus reuertuntur , qualia ſunt glires ,
urſi , cocleæ , & pleraq; alia inſecta animalia,
& quod mirum magis eſſe uidetur , talia ani
malia per id tempus , non ſolum non emmaci=
antur ſed potius pinguiora euadunt , aucthore
Ariſt. quod certiſſimum eſt uitæ ipſorum ar=

Ariſt. 6. de generatione animal.

gumentum: Quid plura non ne partes etiam ani
malium ut oua , diu animam non ſolum uegeta
lem ſed etiam ſentientem incolumen per ſe ipſa
ſeruant , cum externi caloris illa excitata no=
uum animal ſibi conformet parentibus un=
diq; ſimile , hec & ſimilia naturæ ac præpoten
tis dei opera ſunt admiranda: quia tamen illis &
maioribus aſſueti ſumus, ea de cauſa negligere om
nino uidemur. Si ergo Radices, Si plantæ &
earum ſemina , ſi animalia & partes ipſorum
abſq; ullo cibo nutriuntur augentur ſibi ſimile

generant. Cur eſt quod tantopere dubitemus an hoc ipſum hominibus etiam contingere poſſit præſertim cum per animam uegetalem communicet cum planta; ſicut per ſentientem cum animali, ac proinde nutritio auctio & ſui ſimilis generatio homini non competant ratione qua homo, ſed ratione qua planta.

De Cauſis uitæ & mortis longitudinis & breuitatis. Cap. 52.

Vitam eſſe innati caloris intimam operationem conſentiunt omnes tum philoſophi tum medici, Cuius praeſentia uiuentia omnia agunt, & ad proprias functiones promouentur, eiuſdemque extinctione uita & uitæ operibus destituuntur. Calor autem iſte ſi in mixtis & agere & diu operari debet, indiget ſubiecto proportionato, in quo non ſolum recipiatur, uerum etiam receptus foueatur, & longo tempore ſuſtneatur; Huiuſmodi autem non aliud eſt, quã humidum ipſum aereum pingue & radicale, ex ſemine & meſtruo ſanguine originem habens, per uniuerſam partium ſimilarium eſſentiam difuſum & congenitum, quod ob propriæ ſubſtantiæ tenuitatem & puritatem ſub ſenſu non ca=

Calor eſt princip. formale & effectiuum uitæ.

Humidum radic. eſt primũ ſubiectum caloris.

dit, eius tamen gratia calor naturalis, cui pri=mo ſubiicitur, corpori noſtro ſenſibili comunicatur, in ipſoq; & per ipſum, ſe quodammodo ſenſi=bilem patefacit, & uaria uitæ opera ſenſibiliter manifeſtat? Cæterum tale humidum primige=nium, ob tenuitatem propriæ ſubſtantiæ cito à calore conſumptionem pateretur, niſi ab alio humi do conſeruaretur, quod illius caloris pabulum fit, quale eſt humidum alimentale, ex humo=ribus & cibis genitum, quo natiua & radicalis humiditas, rotiſmodo irrorata, à cita exic=catione præſeruatur, quod cedens in caloris ali moniam, eundem ſeruando ſimul etiam auer tit, ne liberius agat in humidum primigenium quod breui temporis ſpacio alioquin abſumeretur, non ſecus, ac in candela accenſa contingit, cuius igneus calor primo fundatur in proprio humi=do ipſius lichinii, quod quam primum ad inci nerationem perueniret, omniſq; flama in eo fun data reſolueretur, niſi à ſecundo humido can delæ asſiduè lichinium accenſum irroraretur, atq; ita illius innatum humidum ab exiccatio=ne preſeruaretur. Hoc duplici humido uiuen=tia omnia prædita ſunt, ut per humidum pri migenium, quod eſt principale ſubiectum calo=ris uitalis, præſenti hac luce fruamur per ſe=

Humidum alimentale eſt ſubiectum ſecundũ caloris.

Necesſitas utriuſq; humidi

cundum

cundum uerò diu uitam producamur Natura .n. ſagax & prouida opus quodcunq; facit, non momentaneum & cito caducum auerſatur, ſed quemadmodum res omnes generat, format, & perficit, ita illarum conſeruationi intenta, quaſdam facultates eiſdem tribuit. quibus pariter ab omni interitu pro uiribus tueri poſſint; ita plantis à primordiis generationis inſitum eſt, ut alimentales ſuccos ex terra aſſiduè attrahant, quibus ſtatutis temporibus incorruptæ uiuerent: hec eadem naturæ uis brutis animantibus impartita eſt, Qua illa etiam quæ nuper ſunt nata, nullo docente, alimentum quærunt, & ex maternis mamillis pro neceſſitate lac emungunt. Cum igitur Vitalia principia duo hec precipua ſint, calor innatus & humidum, atq; hoc duplex primigenium ſci. & aduenticium, quorum primum ex principiis generationis, alterum uero ex humoribus alimentalibus originem habent, ex dictis conſtare ſatis ſuperq; poteſt, neutrum principium ſeorſum ab altero ad uitam conſeruandam ſufficere poſſe, calor enim ſine humido tamq; proprio pabulo extinguitur, & uiciſſim humidum ſine calore non uiuificat; At ex utrorunq. copula uita ſubſiſtit & conſeruatur, & uiciſſim altero, uel utriſq; ſimul interem-

Vſus utriuſq; humidi.

T

Vita q̃d ſit. *ptis interitus ſubſequatur . Ut uita nil aliud ſit*
quam mauſio caloris in proprio humido . è contra
Mors quid ſit. *uero , Mors extinctio eſt eiuſdem caloris in*
eodem humido, quando .s. uel excedit uel de=
ficit uel coinquinatur, ſi deficiat Mors per reſo=
lutionem fit, ſi nimia copia , uel putrefactione
obruatur , uita per ſuffocationem perit Hinc
non ſolum uitæ & mortis orrigo elluceſcit ,
uerum etiam utriuſq. cauſe deduci facile poſ
ſunt. Nã per aſsiduã conſumptionẽ humoris ra=
Mortis neceſsitas. *dicalis, qui ullo modo reparari creditur,tandem*
ſuſcepti caloris mortificatio ſubſequitur , Quod
humidum ſi reſtaurari poſſet, uita etiam perpe=
tuaretur. Senectusq́ non ſolum retardaretur,ſed
etiam illius aduentus pro hiberetur , quod ta=
men an fieri poſsit experientiæ repugnat , ob
quam cauſam irriſus ab omnibus fuit philoſo=
Gal. cap. 2. *phus quidam Gal. referrente in libro de Ma=*
raſmo, qui anno ætatis ſuæ 40. librum adidit
de retardanda ſenectute, immo pueris , quorum
curæ & educationi ipſe ab innitio preficeretur,
immortalitatem etiam pollicebatur. Qui tamen
cum ad annum 80. peruentus eſſet gracilis & exic
catus adeo euaſerat, ut maraſmi ſigna omnia, ab
hypo. in prognoſticis propoſita , in eo manife
„ ſte conſpicerentur, Nares inquam acutæ, col

„ *lapſa tempora , oculi coucaui frigidæ contra=*
„ *ctæq. aures & imis partibus leniter uerſæ,*
cutis circa frontem dura intenta ac arida qui cum Gal.
eiuſmodi aſpectu redditus eſſet, ſummam illius quid ſẽ
ſtulticiam omnes contemnebant. At gal. ut ipſe tiat de
de ſe ipſo teſtatur , illius ſententiam reprobare uitæ lõ
non eſt auſſus , & reddens rationem inquit,quod gitudi-
pleraq. alia decreta experientiæ repugnantia, à ne.
multis uiris ratione ductis propoſita ennunciataq.
fuere, qui tamen rationum apparentia et pro=
babilitate decepti fuere, & propterea inquit Gal.
eorum rationem minime demonſtrare. cum aſſe=
runt, omnia quæcunq; genita ſunt , ſeneſcere,
at ſenectus uia eſt ad interitum ergo omnia orta
& ſeneſcunt & ſimul occidunt, ergo homo &
aliud quodcunq. animal ratione qua genita ſunt,
ſceneſcent & corrumpentur : horum ſane illatio
& conſequentia inquit gal. non adhuc eſt neceſ= Ratio
ſaria, ut demoſtratiuam ſcientiam faciat , ſed qua pro
probabilem tantum opinionem parit, ita ut ex batur
illa ſolum conſtet, quod ſenium & mors ſecun= mortis
dum naturam & experientiam neceſſaria ſint, neceſſi
at hoc non eſt propoſitam concluſionem demoſtra tas non
re , ſed probabiliter tantum perſuadere,& pre niſi pro
ſertim cum ratione pariter & experientia ſua babilis
deri facili poſſit, Vitam hanc noſtram non a= eſt.

deò breuem; ſemper & neceſſariò fore, quin arte uariisq. modis longeua ſupra conſuetum curſum reddi non poſſit; quam uitæ longitudinem ille ſolum conſequi poteſt, qui humido tamquam caloris naturalis pabulo, occurerre nouit, ne cito deficiat, uel excedat uel coinquinetur: quibus ſolum modis ipſe debilitatur & extinguitur: hoc autem præſtari à nobis poſſe ratio & rei euentus declarant, in primis, Nemo eſt qui non obſeruauerit, Multos propria uel medicorum dilligentia uitam longius protraxiſſe, quam eorum propria natura polliceretur, immo pleroſq; ualetudinarios hac ipſa congrua uiuendi ratione non ſolum diu uixiſſe, ſed longitudine uitæ, præter omnium expectationem, robuſtisſimos ſupraſſe, ut mirum eſſe minime debeat, ſi Ariſt. & Plato, referreme Marſil. ficino, teſtentur quod Herodicus quidam, toto uitæ ſuæ curiculo infirmisſimus, tali prouidentia, annum fere centeſimum adimpleuerit. Aſtrologi etiam hanc eandem uitæ longitudinem, Magia quadam naturali præſtari poſſe affirmant, quæ in alio non conſiſtit, quam in recta & artificioſa applicatione agentium cum pasſis, qua ſolum innixus hiarcas princeps in idorum ſapientum, confectis ſeptem annulis, ſtellarum ſeptem nominibus

Quid agendũ pro uita longa.

Libro. 2. de uita coelitus cõparãda cap. 1.

Per magian naturalẽ uitam poſſe ꝓduci.

inſignitis, ſingulis diebus, ſingulis geſtans, illosq́; iuxta dierum nomina diſtinguens, præter omnium ſpem longam uitam protraxit. Quibus pariter Auus ſuus adiutus, annos centum & triginta unum uixit. Quos dediſſe etiam ferunt Appolonio Thianeo, quibus eodem modo uſus, dum centum ageret annos iuuenem præſeferrebat. Si præterea hominum uitam in ellapſis ſeculis conſideremus, Nemo certe erit qui de hac ueritate poſſit ex ratione amplius dubitare. Quandoquidem, ut habetur ex ſacris literis. Moſes uixit annos centum & uiginti. Noe poſt diluuium, annos centum & quinquaginta adimpleuit, quo tempore genuit etiam Arphaſeth. Abraham quinetiam cum eſſet annorum centum genuit Iſach. Et Sara pariter annum Nonageſimum agens, filium peperit. Adam & Matuſalem mille annos uixerunt. ſcribitur pariter de Artephio à Bachone, quòd in hac preſenti uita per Mille annos detentus fuit. His Accedit etiam ratio aliqua, ſi non demoſtratiua ſaltim probabilis. Quando quidem corpora mortua, quæ ſuapte natura citiſſime marceſcere ſolent, artificiali quodam balſamo per multos annos integra ab omni corruptione ſeruantur, ergo tanto magis quæ uiuen

Vitam longiſſimam fieri poſſe teſtatur experientia.

Ratio probabilis de lougitudine uitæ.

tia ſunt, ab hac corruptionis labe præſeruari poterunt; praeterea natura adimpleuit omnes numeros, ut ſi unum contrarium in ea reperitur, alterum quoq; reperiri ſit neceſſarium, ſicut ergo uitæ correſpondet mors, ita illius breuitati longitudo congrua erit, & quemadmodum reperiuntur quae uitam conſeruant, ita debent reperiri quae eandem corrumpunt, & proterea inter ea quae corrumpunt non nulla citisſime illud agunt, quædam uerò tardius. A pari neceſſarium etiam uidetur. quod ex genere conſeruantium uitam, aliqua reperiri debeant, quæ longisſimo tempore illam tueantur, aliqua minus longo. Quae autem ſit tanti auxilii conſeruantis accommodata materia, quæ ue præparandi ratio, in omnibus ſeculis occultum adeo fuit, ut perpaucis certè tanti arcani cognitio conceſſa ſemper fuerit. Manifeſtum autem eſt, huius materiæ officia talia eſſe debere. ut in primis calorem naturalem fouere maxime posſit, ne defectu proprii pabuli cito reſoluatur, uel eiuſdem nimia copia aut praua qualitate corrumpatur. hoc autem contingit, quando utriusq; principii uitalis illa congrua comenſuratio ſeruatur, ratione cuius, ex eorum actione & pasſione longiori tempore utriusq; principii coniunctio inco=

Quæ ſit materia idonea ad uitæ diuturnitatē per paucis ſemper perſpecta fuit.

lumis cuſtodiri poteſt , Hoc autem contingere ſo let , quando humidum alimentale & conſerua tiuum alterius humidi primigenii , pingue eſt oleoſum equale depuratum ac deſum: tale pro= fecto calori abſumenti cui ſubiicitur, diu reſiſte re poteſt , priuſquam tabe conſumptum fuerit. Nec ob aliam cauſam inter animalia Camel= lus, ellephans & homo catera pleraq; anima= lia in uitae longitudine ſuperant, niſi quia pro poſito humido praedita ſunt; contra uero equus bos canis & multa alia animalia quamuis cor= poris magnitudine non paucos antecellant, uitae tamen breuitate ualde inferiora ſunt , Eorum enim humidum & ſi copioſum ſit , ut corporis eorum magnitudo declarat, illius tamen condi tiones mortem properant cum ſit impurius terre ſtre & minus compactum, nec tam oleoſum & pingue , ſed eterrogeneum ualde , & maiori ex parte excrementicium ; quibus ex cauſis ad caloris cuſtodiam eſt etiam minus idoneum, quod humidum quanto eſt copioſius , tanto calor na turalis eſt imbecillior , cuius rei argumentum ex reſpiratione deſumi poteſt , quae in huiuſ modi animalibus tarda & rara cum ſit; non ni ſi calorem innatum imbecillem ſignificat , dico innatum, ad differentiam adſcititii qui in

Cur ho mo diu turni oris ui- tæ ſit.

talibus animalibus copioſsiorem quoniam funda tur in humido alimentali adſcititio copioſo & impuro, qui calor quantò eſt intenſior & robuſtior, tanto innatus eſt imbecillior, qui cum tam inſignem molem diù regere nequeat, iure breuitatem uitae ſignificabit. Hinc Ariſt. locus x problem. ſec. dilucidari poteſt, ubi ſtatuit hominem caeteris animantibus calidiorem eſſe, quod ſimpliciter non debet intelligi, cum leo & alia pleraq; animalia in caliditate homini anteponenda ſint, ſed ratione ſubiecti humidi id pronunciaſſe exiſtimandum eſt; humidum autem cum duplex ſit, innatum & adſcititium, merito humidi innati homo eſt calidior, quia nullum eſt animal, quod magis participet de tali innato humido pingui oleoſo & equali, ipſo homine, qua ratione leone & caeteris animalibus calidior excogitari poteſt. Si uerò ſermo fuerit de humido adſcititio, ratione huius, homo in tali calore inferior erit, & quoniam longitudo uitae à calido innato copioſiori deſumitur, non item ab adſcititio, hinc etiam eſt quòd ratione huius homo eſt longioris uitæ reliquis brutis, obquam eandem cauſam puer, quia plurimum abundat de hoc ipſo innato calore & magis quam iuuenes, ideo in uitae longitudine illis anteponitur. horum

Locus Ariſt. explicatur.

rum enim calor eſt fundatus in calore magis adſcititio, conſequenter minus pingui & oleoſo, ſenes adhuc breuioris uitæ erunt; cum ipſorum calor fundatus ſit in ſubiecto humido omnium maxime terreſtri impuro, & longius diſtante ab humido innato. Hinc obiter colligere poſſumus certiſſima quædam argumenta longitudinis & breuitatis uitæ, quoniam quæcunq; plurimum & coelerime augentur; uitæ breuitatem præſeferunt, & ratio eſt quia eorum humidum ſicuti à calore celerem extenſionem patitur, ita etiam cito abſumitur: contra quæcunq; plurimum ſed tarde augumentum ſuſcipiunt, longitudinem uitæ indicabunt, & ratio eſt, quia ipſorum humidum non ſolum eſt copioſum, uerum etiam pingue & deenſum, ac perinde maxime reſiſtens ſuæ propriæ conſumptioni: Quæ uero inter hæc interiacent, per maiorem acceſſum & receſſum ad iſta, uitam Paulo Longiorem uel breuiorem habebunt. Præter hanc conuenientem commoderationem caloris ſubſtantifici cum humido, Ad uitæ longitudinem requiritur etiam caloris elementalis & accidentalis cum cæteris elementorum qualitatibus congrua & equabilis mixtio, ex quarum actione & paſſione quanto orta fuerit in ipſo mixto perfe=

ctior refractio, omni inequabilitate remota, tanto magis imminuetur omnis contrarietas, quæ ſola eſt potiſſima cauſa interna corruptionis, cuius defectu ſtatuunt ſapientes, cæleſtia corpora eterna eſſe, ad quorum equalitatem elementalia corpora quo magis acceſſerint, tanto etiam in uitæ longitudine illis ſimilia erunt, & uiciſſim, quæ ab eiſdem remotiora erunt, & conſequenter maiorem contrarietatem obtinebunt, ad interitum etiam per ſui naturam citius properabunt. cæterum quia nullum mixtum reperitur tam exacta & optime elaborata temperatura præditum, in quo ſemper non dominetur una uel altera qualitas, ideo & hominis temperatura eiuſmodi erit, multiplex tamen ac uaria, prout dominium eſſe conſueuit uel in una ſimplici qualitate, uel in complicata. Ex tot differentiis temperaturarum illa aptior ad longitudinem uitæ iudicabitur, in qua actiuæ qualitates dominabuntur paſſiuis, quam uice uerſa, & præterea inter actiuas illa etiam dominium habere debet ſupra alteram, quæ preſtantior eſt, & maiorem habet affinitatem cum calore ſubſtantifico, ac proinde cum ipſa uita, huiuſmodi autem caliditas eſt. Inter paſſiuas pariter illa dominari potius debet, quæ calorem fouere

Quæ tẽperatura ſit longioris uitæ.

apta nata eſt, quam ea quæ uim ratinet illum minuendi uel extinguendi. At talis qualitas eſt ipſa humiditas, non autem ſiccitas. quapropter concludendum ex communi etiam medicorum omnium conſenſu, inter tot temperaturarum ſpecies Ad uitam longius producendam & conſeruandam, nullam fore aptiorem ac magis accommodatam hac ipſa, quam calidam & humidam eſſe ſtatuimus. in calido.n. & humido non ſolum uita noſtra potiſſimum ſaluatur, ſed iiſdem qualitatibus concoctio & nutritio perficiuntur, quæ ſunt uiæ quædam ad uitam conſeruandam. complexio uerò quæ huic contrariatur, in frigiditateq́; & ſiccitate conſiſtit, uitae principia deſtruit potius, quam cuſtodiat, ut mors in alio conſiſtere non uideatur, quam in caloris extinctione ob proprii humidi conſumptionem; ad caloris autem extinctionē, ſequitur frigiditas, ſicut ad humidi conſumptionem ſiccitas. Mors ergo comes eſt frigidioris & ſiccioris temperaturæ, ſicut uita calidam & humidam magis comitari ſolet.

6. de regim. ſanita.

Quæ cō plexio ad uitā ſit inopior.

V 2

A Quibus cauſis uita ſuſtineri poſſit abſq; cibo & potu. Cap. 53.

Quæ ſit cauſa ut aliquis uiuat ſine cibo

Reuertamur iam unde digresſi fuimus, cauſas inquirentes propter quas in quolibet genere uiuentium, plura reperiantur, quæ proprio & conſueto alimento deſtituta, in uiuis adhuc ſeruentur. Cuius effectus cauſe duplices eſſe poſſunt, principales ſcilicet & inſeruientes, quae prioris ſunt generis, à uitalibus principiis capiuntur, à calore inquam & humido. Adiuuantes uerò ſumuntur à cauſis tum internis tum externis, De utriſq; ſigillatim agamus, imprimis merito cauſarum principalium occurrit humidum ipſum, Quod duplex eſt primigenium & aduenticium, utrunq; neceſſariò concurrit, primigenium quidem tamquã immediatum caloris ſubiectum & precipuum fundamentum, quod ratione, qua eſt in ſubſtantia tenuae aereum & inſenſibile, citae etiam reſolutionis extat, ideo pro ſui conſeruatione eguit altero humido ſibi ualde ſimili, cuiusmodi eſt alimentale, ex humoribus ac cibis ortum, quod aſſiduè irrorando humidum primigenium à conſumptione præſeruat, non ſecus ac oleum imbibitum in lichinio flammam ſuſtinet, quoniam euadit pabulum ipſius, cuius aſſidua præſentia &

imbibitione impeditur ſlama ne efficaciter agat in humidum lichinii primigenii, in quo imme diate fundatur, in oleo uerò ut in ſubiecto ad uentitio & conſeruatiuo principalis & radicalis humiditas reſidet: duplici ergo humido ad uitam tuendam concurrente, ſecundario & aduenticio humido præcipua cauſa tribui debet, quo Aliquis ſine quotidiano cibo & potu per multos menſes & annos ſemel accepta uita fruatur. Quod ut præſtare poſſit tale humidum, multa expoſtulare uidetur, imprimis debet eſſe pingue & oleoſum, deinde tenax denſum & glutinoſum, præterea ad puritatem & homogeneitatem accedere plurimum debet; poſtremò oportet ut in ea copia etiam in corpore reperiatur, ut diu obſiſtere poſſit calori abſumenti: Nam ratione qua pingue & oleoſum, idoneum caloris pabulum erit, ac proinde ad uitam idoneum ſicut enim quelibet aquoſa materia apta non ē ad flammam concipiendā ſed ſolum pinguis & oleoſa, à pari uita cum ſit tamquam lumen in naturali calore, illius pabulum eſſe debet pinguis humor & quaſi oleum, ratione qua denſum glutinoſum & tenax, magnam acquirit reſiſtentiam, priuſquàm ſuperetur & abſumatur, quod illi aduenit duplici

cui humido ie iunii tollerātia aſcri bēdaſit.

Quale eſſe debeat tale humi dū alimentale.

Humidũ glutinoſũ plurimum reſiſtit calori abſumẽti.

de cauſa; primo quia huiuſmodi humidum per tenacitatem & glutinoſitatem non facile diuiditur & diſsipatur, quemadmodum contingit de alia materia friabili, in cuius mixtione plurimum eſt de aqua & terra, quæ ſunt elementa diuiſibilia, minimum uerò de aere, ob cuius abſentiam congrua non fit mixtio, aut continuatio partium terreſtrium cum aqueis; At materia uiſcida habet partes ſuas difficile diuiſibiles, tenaces & ualde in unum coniunctas, quod contingit ob dominium aeris & aquæ, in ſubiecta materia optime commixtis. Secundo reſiſtit quia hac ſua uiſciditate, uim & agendi efficatiam caloris ligat, & quodammodo immobilem reddit, qua ratione fit, ut tale humidum priusquam exſiccetur longo tempore duret, Quod ipſum in externa etiam flamma contingere experimur, quæ recepta in materia non ſolum pingui & oleoſa, uerum etiam cum uiſciditate & glutinoſitate coniuncta, diutius accenſa perdurabit, priuſquam poſt illius conſumptionem ad interitum & extinctionem perueniat.

Triticũ cur uegetalẽ animã diu ĩ columen conſeruet.

Nec ob aliam cauſam triticum & reliqua omnia ſemina diu incolumen ſeruant propriam formam & uegetalem animam, quam reconditam habent, poſteaquam & à terra & à propria plan

ta etiam ſeparata ſunt, Niſi quia Uitalis calor in quo illa primo reſidet, recipitur in humido aduentitio non ſolum pingui, uerum etiam uiſcido glutinoſo & denſo, à quo ueluti irretitus & cohibitus, impeditur, quo minus agere posſit & proprium pabulum abſumere & exiccare? Quā primum uerò tale impedimentum huic calori uitali ſubtrahitur & remouetur, quod contingit quando triticum terræ demandatur, à cuius calore moles corporea tritici emollitur & intumeſcit, tunc internus ille opifex excitari incipit, ut liberius agens, & ueluti ex carceribus exiens, manifeſtas uitæ notas & effectus foras oſtendat, quod facit pullulando germinando, nouamq; plantam generando, ei omnino ſimilem, à qua iam diu originem duxerat. Eadem ſit ratio de illis radicibus ac plantis à terra auulſis, quae in nudo aere ſtatutis temporibus germinant, uitaeq. ſuae argumenta manifeſte oſtendunt. Harum tamen plantarum ac ſeminum ampla eſt latitudo, ut alia calorem ſuum uitalem incorruptum diutius ſeruent, alia uerò breuiori tempore, quorum diuerſitas non aliunde contingit, quam ex maiori & minori tenacitate uiſciditate & oleoſitate huius humidi aduentitii & alimentals, hinc eſt quod pleraeq; plantae ob

huius humidi innopiam, & humidi aquoſioris & minime compacti copiam, quamprimum à terra auulſe ſunt, putreſcunt & arreſcunt tale .n. humidum eas non ſeruat conditiones. quibus uitalis calor eget, ut diu &, incorruptus in earum humido cuſtodiatur. Idem pariter dicendum uidetur & de animalibus, quae ſi ueſcantur alimentis ſolidioribus & pinguioribus, inde generatur humidum lentum denſum & magis ſolidum, quod pariter ſuae propriae conſumptioni ſit magis reſiſtens, contra ſi nutritio fiat ex liquidioribus, & tenuioribus cibis, generabitur humidum aquoſſius, & fluidius, ex quo noſtra corpora ſecundum uniuerſam ſubſtantiam non aeq; nutriuntur, ſed ſecundum tenuiorem partem potius reſtaurabuntur. Ex quo alimenti genere cum equalis reparatio non fiat, ſicut in uniuerſa corporis eſſentia pro naturae modo fieri deberet, eiuſmodi corpora nec conſuetum robur ſeruant, nec ad labores ſunt prompta, innediamq. citra uirium defectum minimè ſuſtinent.

Ex alimenti diuerſitate humidum alimentale uariari.

Quod illis contigere conſueuit, qui uel oleribus tantum, uel liquidioribus et tenuioribus cibis ueſcuntur. his .n. tenuior noſtri corporis pars potiſſimum reparatur. ſolidior uero conuenienti alimento indigens, langueſcit. ſecus uerò contingit, ſi ſolidioribus ali=

Qui cibi robur corporis non ſeruant.

alimentis ueſcamur, qualia inter uegetabilia ſunt, non olera & plantarum folia, ſed fructus potius, & adhuc magis ſemina: quemadmodum inter animalia non ſanguis aut lac ſed caro ipſorum præſertim uerò in ætate adultioribus. Alterum quòd circa alimentum conſiderandum occurrit, pænes illius copiam & inopiam ſpectatur. Quantò enim copioſius fuerit, tantò longiori tempore pro caloris pabulo ſufficere poterit; Ea tamen cum calore proportione ſemper ſeruata, ut nimia illius quantitate non obruatur, ſed diu potius conſeruetur. Quod præterea humidum non in una uel altera tantum corporis parte ſubſiſtere debet, ſed per corpus uniuerſum unà cum ipſo calore difuſum eſſe oportet. ac proinde non in ſolo uentriculo redundare ſed in toto uenarum genere & corporis ambitu diſtributum eſſe conuenit. præter copiam huius humidi aduentitii accedit etiam temperatura, quae ſi frigida & humida fuerit, diu caloris actionem ſuſtinebit, priusquam tota euicta ſuperataq; fuerit. ſiquidem ratione frigiditatis & humiditatis calor obtunditur hæbetiorq; euadit, ut non niſi ægrè & ſeſim agere poſsit, & ita agendo longo tempore ſuperare tale obiectum nutritionis: cui temperaturæ ſi accedat

Quantitas alim. pro calore ſeruādo

Pabulū caloris ubiq; in corpore eſſe debet.

Qualis temper. humidi eſſe debeat pro inedia toleranda.

etiam copiam , ſi uiſciditas glutinoſitas & denſitas, (quantum tamen paritur natura huius humoris aptitudinem ſemper ſeruantis ut per ulteriorem elaborationem in laudabilem ſanguinem uerti posſit) facile ac diu obſiſtere poterit calore agente , priusquam totus euictus fuerit , & in ſubſtantiam nutriti uerſus : obquam rationem pariter contingit , ut tale hominum genus diutius absq; cibo ac potu uitam ſuam traducere posſit , concocto uero & ſuperato tali humore , corporeq; uniuerſo innanito , denuo excitatur utraq; fames , animalis in quam & naturalis , quo tempore ad conſuetos cibos iterum coguntur reuerti , qui niſi noua repletione ſuæ huic innanitioni occurrerent , tunc interno pabulo iam conſumpto , æq; ut alii uitam cum morte cito commutarent . Quod ipſum in externo igne contingere etiam obſeruamus , cui ſi ligna uiridia crasſiora denſiora & copioſa ſubiiciantur, longo tempore ſuam ſeruabunt integritatem, priuſquam ab igne conſumpta ſuperentur ſpetiemq; propriam ammitant: quod cum contingerit proprio illius pabulo deficiente , quamprimum extingueretur, niſi lignorum noua appoſitione repararetur . Quapropter humores cum nutritionis noſtræ materiæ ſint , ſi naturalem calorem

Epilogus.

corporis humani ſeruare debent, imprimis non excrementitii, ſed alimentales ut ſint oportet. ſecundo ſi calorem corpusq́ totum procul ab interitu ſine cibo ſeruaturi ſunt, non tenuiores facileq́ diſſipabiles, ſed denſi & compacti eſſe debent, non pauci ſed copioſi, non calidioris & ſiccioris temperamenti, ſed frigidi & humidi ut ſint oportet. huiuſmodi autem omnium conſenſu erit humor pituitoſus & non quicunq́, ſed ille ſolum: qui ſubſtantia quantitate qualitate & cæteris conditionibus eiuſmodi omnino ſit, qualem, ad conſeruandam uitam requiri depinximus. Huius internæ alimoniæ præſentia pleraq́ bruta tota hyeme nutriuntur, & ab interitu præſeruantur; Qua deinde digeſta & conſumpta, ſtatutis temporibus fameſcunt, ab ocioq. & quiete ad conſuetas motiones accedunt, & ad cibum ac potum iterum reuertuntur. Quod ipſum homini etiam contingeri quis dubitabit? ſi namq. corpus ipſius uniuerſum tali perſcripto humore redundans extiterit, præter id quod à nullo appetentiæ aut famis genere moleſtabitur, tantum etiam abeſt ut pro uita conſeruanda quotidiano egeat alimento. ut ex illius aſſumptione leſionem potius euidenter ſuſcipiat: quod Hipp. etiam in Aphor. ſignificaſſe uiſus eſt, dum inquit.

Quis & qualis humor ſit cõueniẽs ad inediã ſuſtinẽdam.

Secũda aph. 10.

quod impura corpora quanto magis nutris tanto magis ledis. Hinc eſt ut quicunq. habent uentriculum repletum tali humore, nil prorſus appetunt, quia hec pars per id tempus preſentem habet materiam alimenti, cui etiam calor huius partis incumbit ſenſim illam concoquit, & in partis ſubſtantiam uertit, Cuius inappetentia tandiu etiam perdurare ſolet, quoad talis humor ab interno illius calore digeſtus conſumptusq. fuerit, aut pharmaco euacuatus. A pari in toto corpore euenire ex ratione exiſtimandum erit, Eiuſdem enim copia & præſentia tolletur ſimiliter in partibus omnibus naturalis fames, & eiusdem conuerſione in ſubſtantiam partium ubiq; facta, nutritio fiet, uitaq; diu perdurabit nullo cibo extrinſecus accedente, ſed hoc ſolo interno humore corpus reſtaurante, ſunt præterea huiuſmodi homines eiſdem brutis ſimiles, non ſolum in tollerando ieiunium longo tempore citra omne detrimentum, uerum etiam in agendi & non agendi aptitudine; quandoquidem per id tempus quo à cibo abſtinent, ſegnes ſunt tardi ſomnolenti ad motum actionesq; omnes ſatis inepti, calore ipſorum uidelicet à copia dicti humoris ſatis oppreſſo à glutinoſitate & denſitate ueluti irretitto, ab eiuſdemq; frigiditate & humidi=

tate ſatis ſuperq; obtuſſo, & in omnibus functi nibus ualde retardato, ut mirum eſſe minime debeat, ſi illius concoctioni totus occupatus, preſtantioribus operationibus minus incumbat:

Qualis ſit calor qui diuturnam inediam ſuſtineat. Cap. 59.

Hactenus oſtenſum eſt quale eſſe debeat, caloris naturalis conueniens pabulum, ui cuius calor naturalis in eo fundatus, breui aut longo tẽpore abſq. nouo alimento corpus ſuſtinere ualeat, Nunc de calore in eo fundato & conditionibus ipſius agendum occurrit. Calore igitur duplici exiſtente, altero ſubſtantifico, reliquo, accidentali ſeu complexionali, quod attinet ad ſubſtantificum, conſiderari poteſt & ſecundum propriam naturã, & adſcititiam. Si primo modo. tunc ratione qua ſubſtantialis, nec intenſionem aut remiſſionem ſuſcipiet, nec in agendo ullo unquam tempore à ſe ipſo diuerſus erit. quapropter nec magis aut minus, nec melius uel deterius aget in una quam in alia etate. in uno uel alio loco. ſed eandem naturam & agendi facultatem ſemper & ubiq; uniformiter retinebit. Quo modo conſideratus calor, nullam diuerſitatem continebit in ieiunii

Calor duplex.

Calor ſubſtantialis p ſe conſideratus ſemper eſt idẽ.

tolerantia, aut uitæ longitudine & breuitate. Si uerò ab extrinſeco conſideretur, nempe ratione proprii corporis, quod regit perficit & ad agendum impellit, dupliciter conſiderari poterit, uel ratione contenti, uel continentis. ſi ratione contenti, hoc eſt humidi, in quo fundatur ratione huius diuerſitatem ſuſcipere poteſt tum à propria illius eſſentia, tum ab his quæ illam conſequuntur, à propria quidem eſſentia, quoniam tale humidum prout erit radicale & primigenium, aut alimentale & ſecundarium, calorem conſtituet modò innatum, conſequenter uaporoſum mitem blandum atq; ſuauem, modò adſcititium, ac proinde magis materialem & acrem, qualis eſt calor iuuenum, ad diferentiam caloris puerorum. ſi deinde conſideretur ratione conſequentium eſſentiam, tunc uariabitur calor in quanto & quali, in quanto quoniam pro utriuſq; humidi maioui & minori copia calor etiam ſubſtantificus euadet multus uel paucus, ut in pueris calor innatus copioſus ſit, adſcititius uerò paucus, contra in adultis adſcititius erit plurimus, innatus uerò in modica copia; obquam cauſam fit ut pueri plurimum augeantur Quoduerò attinet ad qualitatem conſiderare poſſumus tum primas tum ſecundas, & utriſq;

Calor ſubſtantialis ab extrinſeco alteratur.

calor ſubſtātialis uarius eſt pro uarietate humidi in quo fundatur.

calor ſubſtātialis uariatur ꝓ uarietate qualitatis humidi in quo reſidet.

præditum eſt utrumq; humidum, quod ratione qua mixtum aliqua temperatura donari debet, pro cuius diuerſitate calor ſubſtantialis alterationem recipit; non ſecus de continentibus contingit, pro quorum uaria temperatura, uario modo receptus calor ſubſtantialis, uarias & multiplices operationes exercet & manifeſtat Tandem hoc ipſum humidum, cum in ſecundis etiam qualitatibus diuiſiones patiatur, ut ſit uel craſſum aut tenne, purum uel impurum, denſum uel rarum, compactum uel friabile. ſecundum ſingulas iſtas diferentias idem calor ſubſtantialis multiplicrm ac uarium ſe oſtendet. Cum igitur calor ſubſtantialis non niſi ab extrinſeco & ratione ſubiecti humidi & corporis ac affectionum conſequentium multos ac uarios alterationis modos ſuſcipiat, iure ieiunii tolerantia, & omnis producendæ uitæ ratio à dicto calore abſolutè ſumenda non erunt: ſed potius à ſubiecto humido, in quo recipitur; pro cuius diuerſitate in ſubſtantia quantitate qualitatibus primis & ſecundis, pro eiuſdem deniq; coctione & cruditate non ſolum uitam corpori prebet, illiusq; inediam plurimum uel parum ſuſtinet, uerum etiam breuiorem aut longiorem uitam producet, quemadmodum antea explicauimus.

calor ſubſtãtialis uariatur a ſecundis qualitatib. proprii humidi

De cauſis Adiuuantibus inneditæ toleran-tiam. Cap. 60.

AD protrahendam uitam ſine cibo non ſolum concurrunt uitalia principia , qualia propoſuimus. uerum etiam aliæ cauſæ adiuuantes, quarum concurſu internus calor non auertitur à proprio humido, ſed illi coniunctus manet, nulloq extrinſecus alimento accedente fouetur, & ſeruatur. Hæ autem eſſe poſſunt internæ & externæ , inter internas, priori loco occurrit temperatura totius corporis frigida & humida, ui cuiuſ humor pituitoſſus & crudior in maiori copia aggregatur in uenis omnibus, qui ſolet in corporibus omnibus tempore indigentiae in prcbum ſanguinem tranſmutari, & humidi radicalis conſumptionem tueri. Ab hoc n. humore crudiori frigidiori & copioſſioi calor naturalis in agendo ob tunditur , qui in eo ueluti ſub merſus in becilliter & ſenſim agit, ut proprium pabulum cogere potius quam coquere uideatur; cum itaq; ita ſenſim & ueluti inſenſibiliter agendo digerat, mirum non eſt, ſi hoc tantum interno alimento innixus calor, diutius perdurare poſſit. uitamq. ipſam nullo alio cibo accedente longo tempore protraheret. hanc ob cauſam. hyp. pronuntiauit quòd ſenes facilius ieiunium tolerant, quàm

Adinnediã ſuſtinẽdã cocurere etiã alias cauſas.

prima partic. apg. 14.

pueri

pueri & iuuenes, quoniam plurimum pituita collecta retinent, à cuius copia & frigiditate calor ita obtundi conſueuit, ut minus efficaciter illius conſumptioni incumbat. Quæ pituita ſi non excrementicia ſed alimentalis fuerit, ſi crudior, & non cocta, ut longa adhuc elaboratio ſuperſit. Si præterea pura ingenere ſuo extiterit, non aliis impuritatibus per mixta, ſi glutinoſa & denſa, non facile diuiſibilis ac diſſipabilis, ſi non in ſolo uentriculo redundauerit, ſed in reliquo toto corpore abundans fuerit, ſi deniq; eam proportionem & conuenientem menſuram cum calore habuerit, ut maior ſit ex parte illius reſiſtentia in ſui ipſius conſeruatione, quam caloris agentis poteſtas in ualide & cito abſumendo, tunc nec calor ob defectum proprii humidi reſolui poterit; nec humidum ab eodem calore cito abſumi, ſed Amborum mutuis actionibus & poſſionibus diu ſeruatis, uita procul. à quocunq; cibo longo tempore cuſtodiri poterit. longe aliter ſe habent quicunq; calidioris & ſiccioris temperamenti ſunt, in iis in. ſanguis qui generatur, & caloris pabulum in omnibus partibus corporis euadit, ſubſtantia tenuior eſt; ac proinde facile reſolubilis & conſumptibilis; in temperatura calidior & ſiccior,

Conditiones pabuli diu ſuſtinentis caloris actionē.

Temperatura calida & ſicca omniū minime ieiunium tolerare.

ratione cuius temperaturæ calor naturalis qui in ea ſuſcipitur, tantum abeſt ut obtundatur, & propriæ conſumptioni ualde reſiſtat, ut potius acutior redditus, agendo & abſumendo ſatis ſuperq́ efficax euadat; quod eſt in cauſa ut ii nec admodum longioris uitæ eſſe poſſint, nec inediam citra detrimentum ſuſtineant; ſed quotidie coguntur comedere, aliter corpora ipſorum emaciantur, uel in febres ardentes incidunt, aut ad hecticas præparantur, uel deniq́ ſincopim patiuntur; poſtremo loco Accedunt etiam cauſæ externæ, ſiue neceſſario occurant, quales ſunt quæ ex uniuerſa uictus ratione capiuntur, ſiue non, ut ſunt medicamenta uel arromata, non ex ratione ſed male adminiſtrata. Aer enim in actiuis qualitatibus frigidus in paſſiuis uero temperatior occaſionem prebere poteſt calori, ut non confertim & cum uehementia agat, ſed potius placide & ſenſim humidum proprium abſumat, quemadmodum etiam ſtatuimus ſerpentibus & aliis plerisq́ animalibus contingere, quæ tota hyeme inmota & abſq́ cibo in cauernis terræ deliteſcunt. Multa dicenda adhuc ſupereſſent, quæ ad propoſitum cauſarum genus attinere uidentur, qualia ſunt regio cæli conſtitutio anni tempus, cibus potus ſomnus uigilia in

Gal. 8. meth. 2.

Cauſæ externæ.

nanitio repletio motus quies animi accidentia & huiuſmodi alia. ſed ne à propoſito ſcopo nimis diſcedere uidear, De nutritione hec dicta ſufficient, Reliquum eſt, ut ad nutritionis modum explicandum me conferam.

De Modo Nutritionis. Cap. 61.

VVlgata eſt Medicorum omnium ſententia, nutritionis materiam, cibum & potum eſſe, Quæ in ore primum ruditer preparata, in uentriculo mox recepta in chilum uertuntur. is deinde ad inteſtina tranſmiſſus, relictis excrementis, ſecundum meliorem ſui partem per meſeraicas uenas in hepar atttahitur, ubi nouam coctionem expertus in ſanguineam maſſam degenerat, Quæ proximior nutritionis materia exiſtens, ſecundum propriam ſenſibilemq. ſubſtantiam ab inſito partium omnium calore attrahitur, in quibus pariter per nouam alterationem in illis factam, aſsimilatur, & in earundem naturam reſtaurando ac nutriendo, conuertitur. Communis opinio de modo nutritionis.

Ego uerò luce naturæ & ex intimis eius penetralibus ductus, in eam ſententiam facile deuenio, ut ex rationibus dicendis mihi facile perſuadeam, Nutritionem ſecundum quancunq. corporis par- Opinio propria de modo nutritionis

tem fieri ex alimento quidem, atq. eo inter initia corporeo & ſenſibili. Sed à partium omnium nutriendarum calore naturali & proprio ita extenuato & eouſq. ſubtiliato, donec uaporis ſpeciem ſuſcipiat, qui uapor facile ac cito ubiq; in altum corporis penetrans, ad centrum uſq. partium innanitarum pertingit, ut ex capillaribus uenis ſub halitus forma exiens, roris modo ſuper membrorum ſubſtantias ſpargatur, mox denſatur agglutinatur. & ſingularum partium propriæ eſſentiae & conditionibus aſſimilatur. Quae mea ſentẽtia cùm à nemine hactenus propoſita uel audita fuerit, pleriſq. ſuſpecta prima facie uideri facile poterit, Quæ tamen, ne à nobis temere propoſita uideatur, ut uerisſimam euidenter probabo, & ex ſolius naturae optimis ac lucidisſimis fundamentis deſumptam eſſe, hiſce rationibus ſequentibus confirmabo.

Nutritionem fieri ex alimento prius in uaporem extenuato. Cap. 62.

Agens naturale materiam in qua agit ſi-

A *Notioribus ergo & magis uniuerſalibus exordiens ſuppono, Agentis naturalis munus eſſe materiam inquam agit, ſibi ſimilem reddere. Declarat hoc ignis qui ligna calefacit,*

corrumpit, comburit, omnemq́ formam deſtruit, ut ex tali præcedente corruptione nouam generet, igneamq́ ſubſtantiam introducat, Ad cuius ſimilitudinem internus quoq. noſtri corporis calor dum circa alimentum tamq́ proprium obiectum occupatur, ut ſibi & toti corpori ſimile reddat, ipſum in primis calefacit, calefaciendo attenuat, attenuandoq́ in uaporoſam & ſpirituoſſam ſubſtantiam uertit, Ex cuius meliori ac utiliori portione, uniuerſa corporis eſſentia innanita reſtauratur. Ex tenuiori quidem & puriori calor & ſpiritus reintegrantur, Quod uero ſupereſt in reliquas duas partes humoroſam inquam & ſolidam, complentes corporis eſſentiam, tranſmutatur: in quarum partium nutritione hoc tantum intereſt, quòd Materia, qua ſpirituoſa calorificaq́ ſubſtantia alitur, non ſolum ex præcedente coctione formam uaporoſam & ſpirituoſam acquiſiuit, ſed eandem etiam ſeruat, poſteaquam in locum ſpiritus inaniti per nutritionem eſt ſubſtituta; contra uerò ſe habet nutritionis materia, reliquarum ſubſtantiarum, partium inquam ſolidarum & humoroſarum. Hæc enim priuſquam actu nutriat dictas partes, uaporis ſpeciem rettinet, ſecus per corpus uniuerſum diffundi non poſſet, in dictis ta

bi ſimilem facere.

Ratio prima.

Differẽtia materiæ, qua nutritur ſpiritus & reliq. partes.

m en partibus uapor receptus & per inſitam earum uim attractus, ſenſim denſari incipit, donec eiſdem aſsimiletur.

Ratio ſecũda.

Hanc ipſam interni caloris noſtri actionem in alimentum eiuſdemq́ ſeparationem in uaporem & uaporis mineram, non ſolum declarat ignis ſolisq́ calor in materiam aliquam agens, illamq́ aſsiduo & ſenſim attenuando, & in halitum reſoluendo, ſed longè adhuc magis effectus caloris in corpore humano naſcentes; ſi quidem ab aſſumpto cibo pleriſque contingere ſolent erructationes, grauitas capitis, & in ſomnum (nobis etiam inuitis) propenſio. Nec ob aliam certe cauſam hæc omnia fiunt, niſi ob copiam uaporum qui ab aſſumpto alimento extenuato generantur, qui ſi per os expellantur erructationes fiunt, ſi caput petant, ab eorum copia & humiditate grauantur & humectantur ut facultatibus animalibus ueluti ligatis, ſomno detineamur; qui tandiu perdurare ſolet, donec, caloris ui, ſuperatis ac reſolutis dictis uaporibus ſoluantur facultates, ad propriasq́ functiones reuertantur.

Vapor ex alimento ortus duplici parte conſtater.

Cæterum ſciendum quod iſte uapor qui ab alimento alterato excitatur, duas habet partes, quemadmodum etiam illius minera. alimentalem uidelicet & excrementiciam,

utilem & inutilem, alimentalis eſt benignior pars uaporis, quæ ob ſimilitudinem cum nutriendi corporis eſſentia non ſolum in corpore detinetur, ſed à ſingulis partibus ſimilitudinis ratione attrahitur, & in earum ſubſtantiam uertitur; portio uerò excrementitia tamquàm disſimilis non ſolum non attrahitur, ſed à dictis partibus odio potius habetur, ut à ui expultrice omni conatu ſeparetur, & foras propellatur. modo ſenſibiliter per os uel inferius, modo inſenſibiliter dißoluitur per totum corporis habitum; & ſi contingat, ut ob calòris imbecillitatem, uel uias anguſtiores & obſtructas, talis uapor cohibeatur, pro illius uarietate, & locorum diuerſitate in quibus ſubſiſtit, multa & uaria ſymptomata producere ſolet. duplici ergo uapore exiſtente, ab alimentoq́ caloris & coctionis ui in corpore ſeparato. ex alimentali nutrietur corpus, excrementitius uero tamquàm inutilis ſenſibiliter uel inſenſibiliter expelletur. *H*inc rurſus ſudoris generatio, totiusq́ corporis innanitio inſenſibili modo facta, ortum habent. Nam ex corporeis motibus calor noſtri corporis excitatus & atenuatus, maiori efficatia ſubiectam materiam extenuat, & corporis porroſitates latiores reddens, excitatos Tertia ratio.

intus uapores ad corporis circunferentiam propellit, quibus ambientis ratione incraſſatis & denſatis, ſinſibiliter & per modum roris ſe oſtendunt, & foras manifeſtantur, quieſcente uerò corpore, uel ſenſim & moderate commoto, uaporoſa & inutilis materia inſenſibiliter euacuabitur. Hæc tandem caloris naturalis a-

Quarta ratio.

ctio niſi aſſiduè fieret, & in alimentum non ſolum ageret, uerum etiam in nniuerſam corporis eſſentiam ſpirituoſam humoroſam & ſolidam munus ſuum exerceret, nulla certe ratio reddi poſſet, de his qui bis & ter & pluries eadem die copioſe comedunt nullis ſedibus habitis, per octo, decem, & duodecim quandoq; dies: Ubi quæſo in corpore adeſt loci tam ampla capacitas? quæ pro tanta excrementorum copia continenda ſufficere poſſit, atque illa, citra omnem noxam, ſed integra ſeruata ualetudine, continere? profectò ratio omnis conſentit, huic tam copioſo excrementorum acceruo, conuenientem euacuationem correſpondere debere, præſertim cùm ab illorum copia natura grauetur. & eorundem diſſimilitudine odium conciretur. Hæc tamen cum pluribus interpoſitis diebus ſenſibiliter fieri minimè conſpiciatur, fateri tandem cogimur per halitus inſenſibiles continuè

tinuè euacuari caloreq́ extenuante, ſenſim in uapores magna ex parte reſolui; quapropter ex propoſitis rationibus concludendum eſt, ueriſſimum hoc eſſe, calorem corporis humani actione quadam perpetua & perhenni agere in alimentum, ipſum alterando, coquendo, attenuando, & utranq́ illius partem alimentalem, & excrementitiam in uaporem attollendo, ut ex alimentali intus retenta nutritio fiat, diſſimilis uerò & excrementitia ſenſibiliter & inſenſibiliter per loca conſueta expellatur: Quod autem nutritio aliter fieri non poſſit, quàm alimentali parte uniuerſa in halitum prius à calore extenuata, mox uerò in ſingulis partibus recepta, paulatimq́ coacta & denſata, donec in earum ſubſtantiam fuerit conuerſa. quæ ſequuntur rationes facillime & clariſſime demonſtrabunt.

Nutritionem fieri à uapore alimenti in ſingulis partibus denſato & in earum ſubſtantiam conuerſo. Cap. 63.

ALimentum calori ſubiectum in uaporem extenuari, atque hunc alimentalem & excrementitium, ex dictis ſatis compertum eſſe po

teſt : portionem uerò alimentalem intus detineri, & ab inſita partium omnium ui attrahi, cogi, denſari, & in earum ſubſtantiam uerti

Ratio prima.

probare nunc aggredior. Imprimiſq; ea ratio occurrit, quæ tum ab obiecto nutritionis, tum à nutriendarum partium diuerſitate accipitur: Nam cibus. Verbi gratia panis, ſi tot corporis partibus eſſentia temperatura conformatione & cæteris conditionibus ſeiunctis, aſſimilari debet; neceſſarium omnino eſt, ipſum ante omnia denudari propria forma panis, & omnibus accidentibus proprijs illam conſequentibus, dimenſionibus inquam terminatis, temperatura propria. craſſitie, duritie, figura, magnitudine, numero, ſitu colligantia, colore, odore, ſapore, & quibuſcumq; aliis eius generis, donec à caloris naturalis ingenio, ac poteſtate, in communem quandam ſubſtantiam reſolutus ſublimatusq; fuerit, quæ apta nata ſit, ſecundum quamlibet corporis partem informari, & limitari, ad propriam illarum naturam, eſſentiam, temperaturam, magnitudines, & cæteras omnes illius proprietates ita ut in oſſe, materia illa generica, & informis recepta, tranſmutetur in oſſeam ſubſtantiam: acquirendo ſimul omnia oſſis accidentia, in duritie lenitate denſitate tem

peratura albedine & reliquis; in neruis pariter uenis arteriis carne, & aliis ſigillatim ſuſcepta, ab inſito & proprio eorum calore informari debet ſpecificis ac propriis formis, cum omnibus propriis accidentibus conſequentibus. Nec aliter certæ idem numero panis poſſet tot partium corporis formas ſpeciales, & propria accidentia recipere, niſi ad genericam quandam ſubſtantiam prius reſolueretur, quæ ad ſimilitudinem materiæ primæ ita ſit omni forma ſpoliata, & omnibus dimenſionibus definitis, unà cum propriis qualitatibus tum primis tum ſecundis priuata, ut aptitudinem habeat ad quamcunq; formam indifferenter, & ad omnia pariter accidentia talem formam conſequentia. Non ſecus ac contingit in arte factis. Nam cera quamdiu ſubiecta eſt formæ Iouis aut Mercurii, & illarum pariter accidentibus propriis, nunquàm aliis formis, & propriis accidentibus ſubiici poterit, At forma peculiari, unà cum ſuis accidentibus corruptis, ſtatim acquirit genericam & communem quandam materiæ rationem, beneficio cuius aptitudinem acquirit ad quàmlibet formam ſuſcipiendam, ſigilliq; figuram patiendam. Hoc ipſum omnino fieri de alimento, & partibus nutriendis cogi- Annalogia.

randum eſt ; Quæ partes cum eſſentia ; & propria conſtitutione diuerſæ ad inuicem om= nes ſint , tot ſigilla diſtincta eſſe uidentur. Quæ alimentum perueniens , ſi in earum ſubſtantiam uerti debet , ac ueluti à totidem diuerſis ſigillis informari,omnibus & ſingulis ſpo liatum eſſe oportet . Nec ſecus aptum foret , in tot partium diuerſitates transformari. Quæ alimenti corruptio , & in corporis principia reſo= lutio , ui ſolius interni opificis fieri poteſt,qui pro cul ab omni errore in alimentum agens , non ſo lum ipſum corrumpit, & ab excrementis depu= rat , uerum etiam eo uſq; ſubtiliat, ut ab omni forma ſenſibili illud denudando, ad halituoſam & inſenſibilem reſoluat atq; ſublimet , Quae poſtmodum à proprio nutriendarum partium ca lore , in corpus ſenſibile uertitur , Roriſq; modo per membrorum ſubſtantias in primis ſpargitur, mox denſatur , agglutinatur , & omnino tan= dem illis aſſimilatur.

Obiectiones quæ propoſitum nutritio nis modum euertere poſſe ui- detur. Cap. 64.

SED *non me latet , hoc loco pleroſq; mira= ri poſſe , quomodo cibaria , præſertim quæ ſo*

lidioris ſubſtantiæ ſunt, ab interno calore noſtro uſq; adeo pati poſſint, ut in uaporem extenua= ri ualeant, cum ab igneo calore alioquin robu= ſtiſſimo illud uix fieri poſſe uideatur. Præterea hoc conceſſo, alia maior adhuc difficultas emer gere uidetur, eaq; eſt, quomodo à ſimili nutri= tio tunc fieret. Nam corporis noſtri uniuerſa eſ ſentia cum triplici ſubſtantia conſtet, ſolida hu moroſa & ſpirituoſa, iſtis pariter alimentum correſpondere debet. At ſi in halitum uertitur, ex halituq; nutritio fiat, ſubſtantia tantum ſpi= rituoſa, cui eſt perſimilis conſeruabitur; ſecun= dum uerò partem ſolidam & humoroſam cor- pus nutritione deſtitutum maneret. Adhuc ma gis difficultas augetur de nutritione oſſium, quæ cum terreſtris ac duriſſime ſubſtantiæ ſint, fie= ri ullo modo poſſe uidetur, ut ex hoc halitu & ſubſtantia adeò tenuiſſima & rariſſima nu triri poſſint, præſertim cum ex omnium me= dicorum communi conſenſu hactenus conſtitu= tum habeatur, oſſa non niſi à conſimili ſub ſtantia terreſtriori conſeruari:

Obie-ctio. 1.

Obie-ctio. 2.

Obie-ctio. 3.

Solutiones ad propoſita obiecta : Cap. 65.

PRopoſitis difficultatibus & pleriſq; aliis ut ſatisfaciam, non ad authoritates confugiam, ſed ex propoſitæ rei natura imprimis, deinde ex ſenſatis ſolutio omnis petenda erit; imprimis ſi conſpicua nobis fuerit ſumma ac pœne incredibilis caloris naturalis in agendo poteſtas, non tam facile dubitabimus, quin cibus ab hoc eodem calore in uaporem extenuari non poſſit, cum longe maiora præſtare ualeat, atq; hæc, non quia calidus, ſed per internam reconditamq; illius naturam, unde omnis eius actiuitas, & in operando efficatia ducuntur; hac innixa pleraq; bruta, duriores etiam lapillos & metalla extenuare, & ſuperare poſſe uidentur. teſtantur hoc auiculę multę, & longè magis ſtruciocamellus qui ferrum etiam aterit & concoquit. Quæ ſanè operatio ab elementali calore prodire ullo modo poteſt, quia leo calidior cum ſit, facilius poſſet illa præſtare, præterea huiuſmodi calor elementalis, omnino igneus eſſe deberet, at huius caloris præſentia non magis ferrum uinci, quam uentriculus in quo ſuſcipitur, uri deberet; quapropter tante actionis auctor prin=

Caloris naturalis magnauis.

cipalis calor erit naturalis & ſubſtantificus; cui tamen in quolibet mixto elementalis famulatur:

Lapides metalla & plantas ex uaporibus generari augeri & nutriri. Cap. 66.

R*Eliquas etiam dubitationes propoſitas, pleraq; alia naturæ opera dirimere facile poterunt; imprimis ſi lapidum ac metallorum generationem conſideremus, non aliunde certe originem habent, quam ex uaporibus, & terre ſpiritibus in illius centro ab interno calore excitatis coagulatis & denſatis; Non poſſent autem ex dictis uaporibus metalla generari, niſi in eiſdem uniuerſa metallorum eſſentia corporea contineretur, ac proinde pars ſolidior & terreſtrior, pars tenuiſſima & magis ſpirituoſa, & pars media & humoroſa; imò ſi in effectibus ſemper cauſæ relucent, concludendum pariter erit, in eadem materia uaporoſa non ſolum contineri tria principia corporum metallorum omnium, ſed etiam tali menſura in eorum generatione proportionari, qualem in productis metallis ad eſſe obſeruamus, ac proinde in uapore iſto metallorum*

Solutio ſecũde & tertiæ difficultatis.

Ratio prima.

Ariſt. 1 Meteo.

Ratio ſecũda.

pars ſolidior & terreſtrior longe lateq; ſuperabit aqueam ſeu humoroſam , & adhuc magis ſpirituoſam, quemadmodum & ipſorum diſſolutio in ſua hæc principia clare demoſtrat . Et quemadmodum ex his uaporibus generantur metalla , ex eiſdem pariter aſsiduo & ſenſim coagulatis augumentum deſumunt , & modo ſuo nutriuntur ; ex quibus enim res generantur ex eiſdem pariter augentur & nutriuntur .

Hoc idem longe euidentius confirmant plantarum omnium ſponte naſcentium generatio nutritio & auctio , Quarum origo (omnium philoſophantium conſenſu) non aliunde habetur quam ex eiſdem terræ uaporibus benignioribus ac dulcioribus , in quos agens uitale principium , quo terra uniuerſa perfuſa eſt , hanc & illum plantam ſibi fabricat , magnitudine numero figura ac cæteris materiæ conditionibus inſignitam, quibus certè ornari minime poſſet , niſi inſtar materiæ primæ in eiſdem non deliteſcerent , tum generandarum plantarum tota eſſentia, tum etiam illa omnia , quæ huiuſmodi eſſentiam conſequi conſueuere , determinata inquam figura & magnitudo partium definitus numerus , ſitus, odores calores ſapores , & cætera omnia noſtris ſenſibus obuia; At modo quodam indefinito & inde-

Ratio tertia.

terminato

terminato; prout naturæ materiæ primæ conue- nit. Ad cuius ſimilitudinem figulus etiam agens in maſſam terræ rudem atque informem, per ſcientiam quam in ſe continet, uaria uaſa ex illa conformat, ſecundum uarios ac diuer- ſos uſus, ad quos ſingula efficit atque figu- rat: Plantæ itaque cum ex dictis terræ ua- poribus generentur. quid mirum, ſi ex eiſ- dem pariter auctionem & nutritionem ſuſci- piant, trahentibus radicibus à terra ſuccum dul ciorem ſub halitus ſpecie, qui deinde per uni- uerſam ſubſtantiam plantæ diffuſus, caloris in- ſiti ui denſatur coagulatur & in duram ligni eſſentiam uertitur. Hoc ipſum affirmari, e- tiam poteſt de plantis ex iactis ſeminibus or- tis, quarum generatio tantum abeſt, ut à ſemi ne illo materiali & ſenſibili prodeat, ut niſi prius corrumpatur, nulla planta ex eo genera ri poſſit, in tali enim ſemine materiali tam- quàm in cortice uitale principium deliteſcit, in eodemq; copioſius continetur, quàm in cæteris partibus plantæ, ubi etiam diu cuſtoditur. ut ſuæ terræ demandatum ſimilem plantam pro- ducere poſſit; quod contingit quando à terra to tum materiale ſemen corrumpitur, & uitale principium in illo irretitum ueluti à compedi-

Annalogio.

Quarta ratio.

bus ſoluitur, ſolisq́ principiis corporis inſenſibilibus alligatum permanet. à quibus etiam ita limitatur, ut ex terræ uiſceribus tenuiſſimos halitus attrahat, quos ſenſim denſando, nouum corpus ſenſibile ſibi fabricat, & ſecundum dona officia inſitasq́ ſibi proprietates conformat, plantam uidelicet generando, illi prorſus ſimilem à qua iamdiu originem habuerat. Quapropter cum eadem communiaq́ ſint generationis nutritionis & auctionis principia, iure plantæ omnes ut ex terræ uaporibus generantur, ita ex eiſdem nutrientur, & augebuntur: cæterum illud animaduertendum eſt, quod licet uiuentia omnia, ex illis alimoniam capiant, ex quibus ſunt genita, non tamen ſingula ex eadem materia aluntur, ex qua & in qua orta ſunt; ſed hoc illis ſolum contingit, quacunque in genere uiuentium imperfectiora ſunt; hac ratione uegetabilia uiuentium omnium infima, & locali motione carentia, ab eadem terra à qua ortum habuere & cui ſemper ſunt affixa, alimentum continuè exigunt; pleraq́ etiam animalia, more plantarum, aliunde alimentum non deſumunt, quàm ex illa ſubiecta materia, ex qua genita fuere; qualia ſunt multa animalia ex putri materia orta, quæ licet localiter

moueantur, quia tamen ad illud robur non peruenerunt, ut pro arbitrio alimentum ubiq; quærere & ſumere poſſint, ideo ab eadem materia à qua originem habuerunt, alimoniam etiam quærunt, hac ratione uermes cœno ueſcuntur, erucæ folijs in quibus genitæ ſunt, muſciliones pariter uino conſeruantur. perfectiora uerò uiuentia, quæ non ſolum ſponte naturae quàm ex cohitu genita ſunt. ex pleriſque alijs materijs ſpecie etiam differentibus alimentum capiunt: Quibus tamen omnibus id commune eſt, ut ex parte puriori tenuiori & halituoſa ſemper nutriantur: quemadmodnm etiam ex hac ipſa generatur. Quam eandem ueritatem infallibilis quoque ueritas proprio ore confirmans, inquit; quod granum frumenti niſi mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, hoc eſt quamdiu uitale principium ĩ grano frumẽti materialis reconditum ita ligatum manet in eo corpore, ſenſibilemq́ corporis ueſtem retinet, ipſum ſolum manet. At ſi mortuum fuerit, nouam plantam germinabit, & multum fructum emittet; quod contingit, quando corporea illa & uiſibilis frumenti moles corrumpitur, internusq́ opifex in ea deliteſcens à uinculis ſenſibilis coporis ſoluitur, inſenſibilibusq́ futuri corporis principiis unitum perma-

net; quibus mediantibus nouum corpus ſibi fabri cat, eiſdem conditionibus & proprietatibus illi plantæ omninò ſimile, à qua originem habuit; quod omne facit ac perficit, alimentum ex terræ uiſcentibus attrahendo ſub habitus ſpecie, & ſecundum deffinita principia corporis eorumq; determinatam temperaturam plantam priori ſimilem componendo producit:

Animalia omnia ex uaporibus generari eiſdemq; augeri & nutriri. Cap. 66.

A *Metallis ad plantas aſcendimus, nunc à plantis ad animalia perueniamus, & ſimiliter oſtendamus, quòd eorum generatiò ſicut ex principiis ſpiritualibus conſtat, ita ex eisdem denſatis & agglutinatis, nutritio auctio imò & ſeminis regeneratio prodibunt. Quod manifeſtum in omnibus fiet. ſi diſcurramus in animalibus genitis tum ex putri materia, tum ex præcedenti ſemine conceptis, & in lucem editis. Nam quæ ex putredine procreantur, à communi agente principaliter fiunt, in quo formæ ac formarum omnium gradus huius ſenſibilis mundi modo inſenſibili deliteſcunt. Quod agens dum*

Quinta ratio.

Animalium generatio ex uapore fieri.

communicatur mundo huic ſenſibili & corporeo, uario modo & ubiq; ſenſibiliter ſe oſtendit, pro uarietate principorum corporis, quæ aſſumit, & à quibus illius actio omnis limitatur, ad unius determinati indiuidui generationem, ut in lutum uel fimum agens, tamquam in materiam ſecundam omnium abiectiſſimam & in fimam, non tamen hoc uitali principio omnino deſtitutam, uariis modis alterat & corrumpit, donec inſitum & proprium principium eius uitale excitetur ad propriam operationem obeundam, quod aſſociatum cum ſit corpori, & eius deffinitis principiis, peculiari etiam temperatura præditis, ſi eam dictorum principiorum mixtionem diſpoſitionem confluentiam & conſpirationem inuenerit, ratione cuius operando omnis eius actio dirigatur ad conſtitutionem corporis aptitudinem habentis ad ſuſcipiendum actum uegetandi, producet plantam, ſi ad actum ſentiendi, producet animal, atq; hoc uarii generis, pro diuerſa diſpoſitione & capacitate principiorum corporis, & mixtionis eorundem, modo ad actum uegetandi ſuſcipiendum, modo ſentiendi, hæc ergo & ſimilia uiuentia, quæ nullo ſemine præcedente generantur, plane oſtendunt principia generationis ipſorum ſenſum omnem ſubter

Ariſt. 2. de generatione animal. 3.

ſugere, ex quorum tamen coagulatione & denſatione ab interno opifice factis, ſenſibilia corpora fiunt, quorum pariter nutritio & auctio ex eiuſdem luti ac ſinti benignioribus halitibus attractis & denſatis nutriuntur augentur, & in uita ſeruantur. Hoc ipſum adhuc longe magis affirmandum uidetur de perfectioribus animalibus, qualia ſunt, quæ ex preexiſtenti ſemine fiunt, utpote illa in quorum materiali & ſenſibili ſemine latenter cuſtoditur uitale principium totius generationis auctor. Quod ſemen in utero matricis ſuſceptum, ad ſimilitudinem grani frumenti in terra proiecti. Ab interno calore uteri alteratur, & ueluti corrumpitur, ex qua corruptione internus illius opifex excitatur, & à uinculis corporei & ſenſibilis ſeminis ſoluitur; unitus tamen ſemper manet, cum principiis corporis generandi, atq; iſtis ſpiritualibus, & halituoſis, à quorum certa & determinata mixtionis menſura, ac temperie in agendo limitatur, ut illis innixus tale corpus ſibi fabricet ex halitibus purioris ſanguinis, quos attrahit denſat & agglutinat, quale illud erat, unde deciſum fuerat. Hoc ni fallor uoluit etiam Ariſt. 2. de generatione animalium cap. 20. quando ſtatuit, quod in generatione quæ in utero fit, corpus ſe-

Sexta ratio ſumpta ex animalib. genitis ex ſemine.

Annalogia.

Confirmatio ex Ariſ.

minis recedit, intelligendo de corpore illo materiali & ſenſibili, remanet autem ſemen formale, ſed coniunctum, cum principiis inſenſibilibus corporis generandi; quibus denudari ullo modo poteſt; cum ſit agens materiale, ſed iuxta eorum mixtionem & mixtionis diſpoſitionem, & conditionem, internus opifex operatur, attrahendo .s. alimentum ſub halitus ſpecie, & principiis futuri corporis ſimile, quibus ſemper coniungitur, ex quorum denſatione ſenſim facta, corpus fit imprimis ſenſibile, aſſidue deinde ſolidius euadit; ut quanto magis recedit à dictis generationis principiis, tanto corpus acquiramus ſolidius ac denſius; Hinc etiam colligendum eſt, quod Ariſto. ſtatuens ſemen concurrere ad generationem, ut principium actiuum, Meſtruum uero ſanguinem ut principium paſſiuum; per principium actiuum non intelligit puram formam, ſeu uitale principium ob omni materia ſeiunctum, ſed tantum ſeparatam à materia illa ſeminali corporea & ſenſibili, coniunctum autem cum ſubſtantia quadam corporea ſed inſenſibili, ſine cuius copula huiuſmodi agens materiale non eſſet, ac proinde generando à nullo terminari poſſet ad productionem proprii ac definiti corporis, & illi ſimile unde deciſum fue locus Ariſt. explicatur.

rati; & propterea ſe ipſum magis declarans. Ariſt. inquit, quòd ſemen ſe habet inſtar coaguli, quod lacti permixtum, illi prebet coagulationis principium pars autem lactis & corporis non euadit, ſed hoc munere perfuncto, ocioſum permanet; Quod dictum intelligere oportet de coagulo materiali, & ſenſibili, totum enim quod in coagulo oculis conſpicimus, corpus eſt inutile & ſterile, quod autem in illo deliteſcit tamquam in cortice, ſola ratione comprehendimus, quale eſt ipſum agens, in quo ſolo coagulandi uis continetur; hoc tamen agens ratione qua materiale eſt, cum abſq; materia nec ſubſiſtere nec agere poſſit, ideo concludendum eſt quod ſeipſum comunicans lacti coagulando, ſemper unitum coniunctumq; maneat cum propriis principiis corporeis complexionatis, ſenſum tamen noſtrum effugientibus, quibus unquam ſpoliatur, ſed illa ſecum etiam retinet in lacte coagulato, ſolumq; recedit moles illa ſenſibilis corporis, quæ in agendo eſt potius impedimento, quàm iuuamento, potius ſterilis, quàm fœcunda. illud ſolum præſtans, quod ipſum illeſum ab externis iniurijs cuſtodit non ſecus ac cortices ipa ſemina. Confirmari euidentius poteſt propoſita ueritas, ratione ſumpta à quibuſdam animalibus, quæ ſimul coeunt citria alicuius

Anna logia.

Alia ratio.

ius ſenſibilis ac materialis ſeminis emisſionem, cuiusmodi ſunt anguillę & ſerpentes & pleraq. alia inſecta animalia, quae ſolis frictionibus & mutuo quodam contactu, ſemen comunicant ſub ſpecie hailtus inſenſibilis. in quo halitu formale ſemen continetur, & ab eiuſdem certa mixtione & temperatura deffinitur ad generationem determinati indiuidui, nec aliter generatio fieri poſſet. Hunc naturæ progreſſum ut ex ſpiritibus denſatis corpora naſcantur, & uicisſim ex corporibus extenuatis ſpiritus fiant, generatio circularis eorum quae in magno mundo oriuntur, clare oſtendit, ſi quidem ex uaporibus terrae, ui radiorum ſolarium ſeparatis, & ad mediam aeris regionem tanquam in nouam generationis officinam ſublatis, nouam alterationem accipientibus per denſationem in pluuiam conuerſio fit haec rurſus terra ueluti pregnans, ab eodem coeleſti calore denuo extenuatur, & in uaporem rurſus reuerſa, nouam pluuiam generandi occaſionem prebet. Ad cuius ſimilitudinem homo pariter tãquam mundus quidam paruus ſe habet, cuius calor in alimentum agens, ipſum ſubtiliat, & in uaporoſam ſubſtantiam extenuat, cuius melior ac benignior portio à ſingulis partibus attrahitur, &

Ariſt. 1. de generatione animal. cap. 6.

Alia ratio.

Analogia.

ab earum inſita ui denſatur agglutinatur & in ſubſtantiam uertitur. Altera uerò pars nutritioni inepta, relinquitur, & tanquam conſeruationi inutilis ſecernitur, & extra corpus propellitur; uaporoſſa quidem per inſenſibilem tranſpiratio nem, corpulentior uerò & terreſtrior per con ſtituta naturæ loca ſenſibiliter expurgantur; cæterum illud intereſt inter denſationem ua= porum ex quibus generatur pluuia, & eorum ex quibus in corpore humano corpus ſeruatur, quoniam licet utrobiq; eadem & communis ſit effectrix cauſa generationis uaporum, calor uide licet, differunt tamen in cauſa denſandi, quia in magno mundo denſantur à frigido, in ho- mine uerò potius à calido. & non à calido ſim- pliciter ſed à calore proprio mixti ſecundum quamlibet parte corporis.

In omni coctione alimentum uertitur in ha litum nutritionis gratia. Cap. 67.

SI Alimentum nutrire non poteſt, niſi ui caloris in uaporoſam ſubſtantiam prius uer= tatur, hinc ſequi neceſſariò uidetur, huiuſmodi al terationem fieri debere in quacunq; coctione, quarum finis alius non eſt, quam ipſa nutritio.

ſicut diſcurendo per quamlibet coctionem conſpi cuum eſſe poterit, imprimis. Quo attinet ad pri= mam concoctionem, quæ in uentriculo cælebra= tur: ex antea dictis ſatis ſuperq; patet, quòd alimentum in uentriculo receptum, & primæ coctioni ſubiectum, à proprio illius calore non ſo lum in chilum degenerat, ſed toto coctionis tempore in halitus extenuatur, atq; hos partim excrementicios, qui intus detenti tumidum red= dunt uentric. uel caput replent, partim alimen- tales, quorum preſentia appetentia animalis tol= litur, & ex eiſdem denſatis uniuerſa uentricu= li ſubſtantia nutritur; Neq; illud obſtare ullo modo debet, fieri minime poſſe, ut ex alimen to in uentric. recepto, tam cito omnis appeten= tia deſinat; cum tam breui temporis interuallo coctio hæc abſolui poſſe non uideatur; Quam uis enim uerisſimum hoc ſit, huiuſce coctionis inte gritatem longiori tempore egere quam ablatio ani malis appetentiæ preſeferat. Non propterea ne= gandum eſt, quin ea alteratio breui fieri nequeat, quæ pro tollenda animali appetentia ſufficiat. Quod rei euentus plane declarat, ipſaq; quoti diana experientia aperte docet. Accedit & Auic. auctoritas in trac. de humorum genera tione, ubi habet quod cibus in ore ſumptus, co=

Ventriculum nutriti ex halitu.

Obiectio.

Solutio.

Auic. prima primi doctrina quinta.

ctionem aliquam quaſi momentò recipit, ratione cuius mutationis nouam uim etiam acquirit, quam ante maſticationem minime retinebat, ergo hic ipſe cibus ita in ore contritus & præparatus, in uentriculo pariter ſuſceptus, longe maiorem ac citiorem alterationem ſuſcipere aptus erit; ratione cuius nouam proprietatem acquirens, facile poterit omnem animalem appetentiam extinguere; ut in ſe ipſo quilibet etiam experitur, Ex cuius rei tam euidentisſimo euentu, non propterea affirmatum uelim, hanc quaſi ſubitaneam animalis appetentiæ ablationem, adhuc eſſe legitimæ ac integræ huius primæ coctionis & nutritionis huius partis argumẽtum; Sed potius ex illius qualitatis cognatione, & cum dicta facultate conuenientia, ea oritur oblectatio & ſatietas, quæ nutritionis eſt æmula. Ex cuius deinde obiecti ulteriori elaboratione ſubſequente, uera etiam nutritio ſuccedit; quo tempore, ſimul cum animali appetentia, naturalis etiam ſequitur.

Alia ratio. *Praeterea ſi uentriculus non nutriretur exhalitu cibi & chili in ipſo exiſtentium? ergo nutriri deberet ex halitu ſanguinis, quod minimè neceſſarium eſt; quia tunc ſequeretur, quòd exiſtente copioſo ſanguine in corpore noſtro, nulla appetentia tunc fieri deberet, quod eſt falſum, tum corpo=*

ra pletorica appetant & multum comedant. Accedit etiam, quòd cibus cum in chilum uerſus eſt in uentriculo, & chilus in ſanguinem in hepa te, hoc tempore uentriculus nihil prorſus appetere deberet, cum hoc potisſimum tempore adſit & preſens ſit idonea pro uentriculo nutriendo mate= ria: Quo tamen tempore, potisſimum ſolet noua appetentia excitari, quod euidens inditium eſſe po teſt. chilum & non ſanguinem ipſi uentriculo ſub miniſtrare alimentum. Alia ratio.

Nec propterea negaue= rim, quod tempore indigentiae, uentriculus non nu triatur etiam ſanguine, atq. hoc magis pituitoſo, ob quam cauſam hec pars pleriſq. uenulis refer= ta eſſe debuit: ut pro neceſſitate alimentum ſan guineum ab hepate attrahere poſſet. Ventriculum nutriri sãguine tempore indigentiæ.

Cui ſententiae conciliator etiam conſentire uidetur, qui differen= tia 113 proponens rationem conſeruandæ uitæ per alimenta, inquit, uitam conſeruari per reſtauratio= nem deperditi à calore naturali factam, tranſmu tante alimentum & in halitum conuertente; qui deinde halitus in ſingula quaq; parte denſatus, in earum ſubſtantiam uertitur. Confirmatio ex auctoritate.

Ariſt. quin etiam eidem ad ſtipulatur, qui ſecundo meteor Cap. 3. reddens cauſam ſalſedinis maris, inquit, quòd ſi, cut in magno mundo quicquid in mare eſt dul= cis & potabilis aquæ, calore ſolis extenuatur in Confirmatio ex Ariſt.

uaporem primo, mox uerò per condenſationem, uapor ille conuertitur in pluuiam, pars uero ſalſa & terreſtrior ob grauitatem deorſum permanet. A pari inquit Ariſt. contingit in animali, in quo attrahitur ab alimento ui caloris ſuccus dulcis & alimentalis ſpecie cuiuſdam halitus, quo ſingule partes pro ſua quaq; natura nutriuntur, ſeparatis & relictis excrementis ſalſis & amaris ad nutritionem ineptis; Quicquid uero alimenti ſupereſt poſt uentriculi nutritionem, ſecundæ coctionis materia euadit, in quã pariter agens calor naturalis & proprius hepatis, illam attenuat & in uaporem ſenſim attollit, cuius meliorem partem & futuræ nutritioni idoneam ad ſe trahit, & relictis in inteſtinis terreſtrioribus excrementis uenarum meſeraicarum interuentu in totam hepatis ſubſtantiam rapit. atq; diſtribuit; ubi paulatim denſatus, in proprii uiſceris eſſentiam uertitur. Quod uero poſt huius uiſceris nutritionem ſupereſt in maſſam quandam humoroſam degenerat, quæ tertiæ coctionis ac proinde reliquarum partium omnium nutriendarum eſt conueniens materia, Cuius benignior & alimentalis portio, à partium omnium inſito calore trahitur, excrementitia uero & nutritioni inepta relinquitur, & in aquoſitatem atq. utranq. bilem

Hepar per ſecundũ coc. nutriri ex halitu.

Partes omnes corporis per tertiã coctionem halitu nutriuntur.

ſeparatur, quæ tanquam excrementa in propriis receptaculis recipiuntur. Quibus ſuccis ita depuratis, ſingula pars propriæ conſeruationi ſemper incumbens, portionem ſibi ſimilem trahit, idq. agit mediantibus uenis non ſolum maioribus & minoribus ſed minimis & capilaribus & inſenſibilibus; in quo tranſitu materia iſta asſiduam aleratione & maiorem ſubtiliationem ſemper recipit, uiisq; propoſitis ſemper ſe accomodat, ut in uenis amplis crasſiori modo contineatur, in paruis minorem crasſitiem ſeruet, in minimis capillaribus & inſenſibilibus, paulatim ad inſenſibilem extenuationem ſublimetur; quæ ſuper membrorum ſubſtantias roris modo ſpargitur, deinde denſatur agglutinatur, & partibus omnino asſimilatur; in qua pariter tertia coctione per aliorum excrementorum nouam ſeparationem, maiorem depurationem acquirit, & loco deperditi aptisſime ubiq; ſe accomodat, & ſubſtituitur; ut hinc haud ſatis mirari quiſq. posſit, quo ingenio tenuisſima illa ac rotida ſubſtantia poſt partium nutritionem, tam æterroganeam atq; multiplicem ſe oſtendat, ex partibus inquam alimentalibus & excrementitiis, ex ſpiritualibus & ualde materialibus compoſitam, Nam penes portionem alimentalem, non ſolum in ſpirituoſam ſubſtan

tiam uerum etiam in ſolidiora membra conuerti tur : ſecundum excrementiciam non modo per halitus inſenſibiliter ſed etiam per ſudorem atq; ſorditiem ſenſibiliter propellitur, imò etiam in pilos ungues degenerat : Ut ex dictis ſatis ſuperq; conſtet, eandem ſubiectam materiam quam per alimento accipimus, ab uno & eodem calore in diuerſis partibus corporis multiformem fieri, & per quandam circulationem modo in ſpiritum ſublimari, & ſpiritum in corpus uiciſſim conuerti, in ſingulisq́ coctionibus hoc modo alterari. Ut ingeſtus cibus ſit materia chili. chilus eſt materia tum craſſiorum excrementorum, quæ in inteſtinis relinquuntur, tum halitus ab hepate attracti, & in ſanguinem condenſati. ſanguis pariter poſt utriusq́ bilis ac ſeroſitatis ſeparationem, in puriorem halitum ac ſpiritum aſcendit, ut denuo ipſe condenſetur non ſolum in roridam ſubſtantiam, ſed etiam in partium omnium eſſentiam, excrementis tamen ſeparatis, & non ſolum inſenſibiliter, atq. etiam per ſudorem & ſorditiem expulſis, uerum etiam in pilos ungues, imò ſquamas & cornua in quibuſdam brutis transformatis. Hinc facile colligi ſolutio poterit, Ad uulgatam illam medicorum omnium ac philoſophorum queſtionem

Solutio queſtionis an coctio fiat in craſſando.

An

An .s. concoctio incraſſando uel attenuando procedat quoniam ſi pro termino capiatur , cum finis coctionis ſit Nutritio, & Nutritio alimenti conuerſio ſit in ſubſtantiam nutriri, hac ratione incraſſando procedet ; Si uerò capiatur prouia, at tenuando potius fiet quia dum materia coquitur p ſeparationem partium inutilium , ſemper acquirit maiorem depurationem , ut in ſpiritum uſq; deducatur ex cuius deinde denſatione ſolida omnia corporis tandem nutriuntur.

De Aliis rationibus ex ſubiecto & uiis deſumptis quibus noſtra ſententia de modo nutritionis cõfirmatur. Cap. 67.

AD Nutritionem non ſolum concurrit materia alimentalis ut principalis, ſed concurrunt etiam partes omnes noſtri corporis , tamquam ſubiecta , quibus nutritio conuenit, & quarum gratia alimentum concoquitur , & prætérea etiam Viæ per quas materia mouetur, & per partes omnes diſtribuitur ; concurruntq; ut cauſæ ſine quibus nutritio fieri non poteſt, circa quas ut prætermitam longitudinem & breuitatem earum, conſidero dillatationem & anguſtiam rectitudinem & obliquitatem , Quo ad Ad Nutritionẽ quæ concurrant.

latas pertinent de his nulla contingit difficul-tas, quod alimentum per has ſenſibiliter deduci poteſt, quales ſunt uena caua, uena porta, & reliquæ omnes his continuæ tum maiores tum minores, quæ ut cauitates habent ſenſibiles, ita per eaſdem etiam materia ſenſibilis ſenſibiliter fluere poteſt; ſi uero anguſtiores reſpiciam, quarum meatus ullo ſenſui obiiciuntur, uix mente concipere poſſum per has ſenſibilem materiam permeare, et ſi permeat, quin obſtructiones non efficiat, & obſtruendo nutritionem non impediat; at ſi dixerimus quod ſanguis in has uias anguſtiſſimas delatus, ſpiritualis euadit, ſtatim difficultas omnis ceſſabit; præterea ſi ſanguis in hepate elaboratus, & per ſecundam hanc coctionem purior & ſubtilior factus, uenas iecoris obſtruit, & ſubiectarum etiam partium, quæ paulo latiores ſunt, unde febres & inflammationes contingunt, quanto magis cogitandum erit, in anguſtioribus uenis hoc contingere poſſe? quales ſunt tum plures aliæ quæ ad partes pertingunt, tum etiam meſeraices quae potiſſimum obſtructione corripientur, quia per has chiloſa materia fluere debet, quae longe craſſior eſt ipſo ſanguine, cum illa unicam tantum coctionem, ſanguis uerò duplicem expertus ſit. Augetur adhuc hec noſtra ratio deſum-

Alia ratio deſumpta ex uiarum anguſtia.

Aliæ ratio.

Aliæ ratio ex uenarũ obliquitate sũpta.

pro fundamento ex dictarum uenarum obliquitate, quæ rectà non incedunt, ſed potius obliq̃, non enim earum oſcula rectis lineis porriguntur ad uentriculum, & inteſtinorum cauitates; ſed ualde obliq̃ & tortuoſe per ſubſtantiam uentriculi inteſtinorum & meſentenii ſunt diſeminatæ, ut certè tam craſſum ſuccum, qualis eſt chilus attrahere poſſe ullo modo uideantur; at ſub alia ſpecie, halitus uidelicet, & uaporis, minimè repugnabit. Præterea quid de illarum partium nutritione dicendum erit? ad quas uenarum ora non terminantur, ſed potius inter unam atq̃ alteram uenam interiacent; quomodo quæſo tales partes à uenis trahere alimentum ſanguineum poterunt? dicere non poſſumus, quod ſanguis ſecundum propriam ſubſtantiam extrauenetur, quia tunc ingrumun conuerſus putreſceret; tum deinde partes iſtæ nutritione non deſtituantur, & nutritionis materia alia non ſit quam ſanguis ipſe, fateri cogimur, quòd ſanguis in uenis exiſtens, à calore interno tum uenarum tum partium nutriendarum ſubtilietur in uaporem, & ſub uaporis forma reſudet per tunicas uenarum, hoc quo modo ab attractrice innanitarum partium in ſubſtantiam attrahitur ibiq̃ denſatur cogitur & aſſimilatur; Tan Alia ratio.

dem eſt difficultas ut per anguſtiſſimas uenas materia chiloſa & ſanguinea propria ſeuata ſpecie & citra illarum obſtructionem permeare poſſint, ſi ubi nullæ ſunt uiæ, ut inter unã & alterã uenã tranſitus impoſſibilis redditur, niſi in halitum extenuatio fiat, Quid queſo de oſſium nutritione cogitandum nobis relinquetur? & de illis potiſſimum quæ inſignis craſſitudinis extant? Quid deniq; de medullis in centro ipſorum reconditis? hæc.n. omnia propria nutritione non deſtituuntur, ut eorum auctio declarat. nulla tamen uia adeſt uel imaginari à nobis poteſt, per quam alimentum non dixerim tantum ſenſibile, imò etiam inſenſibile pertraaſire ualeat: Huic enim duriſſimæ denſiſſimæ ac craſſimæ ſubſtantiæ, cuiuſcunq; materiæ penetratio omnino repugnare uidetur, ut propterea uelimus aut nolimus fateri cogamur, oſſium ac medullarum alimentum, non modo in ſpiritum, ſed uſq; adeo ſubtiliſſimum ſublimari, ut tantæ illius tenuitati, nec uenarum anguſtia obſiſtat, non uiarum abſentia impediat, non oſſium denſitas & craſſities inſignes repugnent, quin per eorum uniuerſam ſubſtantiam non ſe difundat, & ad centrum reconditasq; medullas non penetret; à quarum partium calore naturali & proprio, ita denſatur, ut nedum

Alia ratio ab oſſium & medularũ nutritiõe accepta.

medullis nutriendo aſſimiletur, ſed quod mirum eſt, oſſibus etiam ipſis in ſoliditate ac cæteris eorum conditionibus, mirabiliter coequatur. Atq; hæc qualiacunq; ſint de uita & conſeruationis ratione dicta ſufficiant; in qua tractatione etiam ſi contra communem philoſophorum ac medicorum ſententias multa protulerim, ſciat tamen candidus lector, me non contradicendi ſtudio, ſed animi mei innata quadam ſinceritate, ſoliusq; ueritatis amore omnia ennunciaſſe, & conſcripſiſſe; interim, ſoli deo honor & gloria. Patauii. 1582. Sexto idus Martii.

Cum Licentia Superiorum.

De Tribus ſupremis naturæ muneribus Cap.1.
De Eſſentia Nutritionis Cap.2.
De Nutritione quod ſit Tranſmutatio Cap.3
De Nutr. quod ſit Transm. alimenti Cap.4.
De Similitudine Alimenti cũ corpore nutriendo Cap.5.
De Alimento an ſimile ſit ſecundum ſpiritum Cap.6.
De Alim. an ſimile ſit ſecundum corpus Cap.7.
De Alimento quod ſit gratia nutriendi corporis Cap.8.
De Corporis humani eſſentia quid ſit Cap.9.
De Alimento ex quo rerum ordine capiatur Cap.10
De Nutritione quod ſit traſmutatio alimenti in ſubſtantiem nutriti Cap.11.
De Nutritione quod fiat à fac. Altrice Cap.12
De Nutritione ꝙ nõ fiat à corporeis aſſectionibus C.13.
De Temperatura ꝙ nõ ſit agens princ. Nutrit. Ca. 14
De Anima quod ſit agens principale nutriti. Cap.15.
De Anima ꝙ ſit agens princ. penes fac. Vegetãdi. C.16.
De Subiecto Principali Altricis facultatis Cap.17.
De Facultatibus inſeruientibus Nutritioni Cap.18.
De Coctione in genere Cap.19.
De Coctione, quod ſit perfectio Cap.20.
De Agente in coctione Cap.21.
De Calore Cap.22.
De Neceſsitate caloris cœleſtis in generatione Cap.25.
De Spiritu quid ſit Cap.24.
De Spiritu quod ſit ſedes uehiculum & uinculũ aĩæ C.25.
De Spiritu ꝙ ſit cauſa & principiũ motionũ oĩum Ca.26.
De proprietatibus conſequentibus naturam ſpiritus C.27.
De Calore complexionali Cap.28.
De Differentiis coctionis Cap.29.
De Differentiiis coctionis à ſubiectis partibus Cap.30.
De Neceſsitate chilific. & facult. in ſeruientium Cap.31.
De Neceſsitate & natura Appetentiæ animalis. Cap.32
De Attractrice inſeruiente coctioni Cap.33.
De Attrac. quod ſit Motio ad obiectum ſimile Cap.34

De Duplici Attractrice uentriculi. Cap.35.
De Cauſa effetrice Attractionis Cap.36.
De Retentione. Cap.37.
De Chilificatione Cap.38.
De Chilific. quod ſit tranſmutatio alim.in chilũ Ca.35.
De Chilific. quod fiat in fundo Ventriculi Cap.40.
De Integra Chilific. quæ abſoluitur in inteſtinis Cap.41.
De Cauſa effectrice chilificationis Ca.42.
De Chilific. quod prodeat à tota ſubſtantia mixti C.43.
De Ventriculo quod tribus conſtet Cap. 44.
De Vſſu partium conſtituentium corpus. Cap. 45.
De diuerſitate compoſitionis in qoolibet mixto. Ca.46.
De Eſſentia propria uentriculi. Cap.47.
De Affectionibus uentriculi. Cap.48.
De Secunda Affectione corporis Cap.49.
De Expulſione primæ coctionis. Cap.50.
De Secunda coctione Cap.51.
De propria iecoris eſſentia & temperatura. Cap.52.
De Expulſione e ſecundæ coctionis Cap.53.
De Expulſione tertiæ coctionis Cap.54.
De Cauſa finalis Nutritiõis Ca.55.
De Homine an poſſit uiuere ſine cibo Ca.56.
De Cauſis Vitæ & Mortis,longitudinis & bre. Cap.57.
De Cauſis ob quas uita ſine cibo ſuſtinetur Cap.58.
De Calore qualis ſit ut ſuſtineat ínediã C.59.
De Cauſis adiuuantibus tollerrantiam inediæ C.60.
De Modo Nutritionis. Cap.61.
De Nutritione quod fiat à uapore alimenti C.62.
De Nutritione ꝙ fiat à uapore alimenti denſato. C.63.
De Obiectionibus contra modum nutritionis. Cap.64.
De Solutionibus ad propoſitas diffic. Cap. 65.
De Lapidibus & plantis quod Generentur augeantur, & nutriantur ex uaporibus. Cap. 66.
De Qualibet coctione quod ſit mutatio alimenti in uaporem. Cap.66.
De Aliis rationibus quibus prior ſententia de modo nutritionis confirmatur, Cap.67.

Errata ſic Corriga.

Carta. . Linea 12.coitionis,lege coctionis.c.1.l.12.morx, mox.C.3.l.4. lationes, latio. c.4.l.11. nt, ut c.5.l.20. ge neri, genere.c.5.l.12.cēt,non cēt.c.5.l.15.ille, illi. c.9.l.8. per, pro c. 10.l. ult.meditorum, medicorum.c.11.l. 19. requiriur, requiritur.c.12.l.8.ēciari, ociari..c.13.l. 8. &, at.c.14.l.12.ſingulas pertes, ſingulis partibus. c. 14.l.10. preditum, predito.c.15.l.26.per,pro.c.16.l.16.inutidibus, inutilibus.c 16.l.36.receptaculo,receptacula.c.17.l.10.ha-bere habeti.c. 18.l. 15. inſtanti, in inſtanti c. 26.l.8.pro prietate, proprietates c.28.l.11.aleret,ab berret c. 29.l.5. preſentim preſentiam.c.32.l.16.gens, agens.c.32.l. 14.ue-num,uerū.c.33.l.24.qua, qui.c. 33.l.8. quibus,quibusq;.c. 35.l.17.inter,inter has. c. 36. l. 9. cum,cuius c.41.l.i.hac, hec.c.41.l.14.cum,eum c.42.l.5.pariter, patitur.c.43.l.22. alimentalia,alimentalis.c.48.l.18.cecitas, cicius c.51.l. 14. organum, organicum.c.54.l.18. meliora, moliora c.55.l. 23.exiſtent, exiſtens.c. 56.l.26.opero,operatio.c.71.l. 16. .n.non c.71.l.23.codem, eadem c.72.l.5. ceteram, ceterū .c.73.l.i. producamur,producamus.c.73.l.i.mauſio,manſio c. 74.l. 25.in indorum,indorum c.76.l.i. copioſiorem,co pioſior eſt c. 81.l.24.ſeſin,ſenſin.c.81.l.2.paritur,patitur. c.81.l.i. copiam, copia c.81.l.15. calore agente, calori a genti.c.83.l.19.maioui, maiori.c.84.l.22.protraheret,lege portrahere.c. 85.l.18.cico, cito. c.85.l.19. poſsioni paſ-ſionibus. c.88. l.3. ſinſibiliter ſenſibiliter.c.94.l.14. genera tur generantur.c.95.l.4.finti fimi.c.95.l.23.erar.erat.c.95. l.24.in.ni.c.99.l.ultima.tum. cum.c.100.l.7.per.pro. c.58. cap.43.lege.48.&corrigaſq; ad cap. 58. incluſiue.

PATAVII, Apud Iacobum Bozzam
MDLXXXII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google